ditores. j. causa. oibus. et extra de sumo. si quis. Conjuratores et conspiratores. xj. q. j. coniurationem cum quatuor. c. seq. vj. q. j. si quis. Prevaricatores. ii. q. iii. s. notandum. versi. prevaricatorum. cum. ij. versi. seq. Raptiores rerum et virginum; extra de rap. xxvj. q. j. z. ij. Fures: extra de fur. xxvj. q. iii. meretrices. xiiij. q. v. penale. z. q. vi. furtum. Usurarij: extra de usuris. xiiij. q. ij. iii. z. v. lxvj. dist. seditionaris: cum duobus. c. sequen. Sortilegi, et qui respiciunt sortes: extra de sortile. xxvj. q. j. z. ii. Abafici: qui carmina faciunt. xxvj. q. v. nec mirum: circa prin. versi. magi. Diuini. diuinatores. j. q. j. nunq. predicti futura. xxvj. q. ij. intelligi. c. qui sine. c. illos. z. q. iii. igitur. cum. s. preceden. z. q. v. c. j. Incantatores. xxvj. q. v. si quis. ca. non licet. Augures: qui volatus avium et voces intendunt. Aruspices. horarum inspectatores. Genethliaci. natalium dierum consideratores: de his. xxvi. q. iii. c. j. Nechromantici: precantores mortuorum et diuinatores per eos. xxvj. q. v. nec mirum. versi. Nechromantici. Arioli: circa aras idoloz nefarias processus emittentes: et funesta sacrificia offerentes. xxvj. q. iii. c. j. Whitonici. diuinantes arte magica. xxvj. q. v. nec mirum. versi. preterea. Athematici: per cursus siderum mores nascentium et actus et eventus predictentes. xxvj. q. iii. igitur. Magi: inspectores astroz. prealleg. c. igitur. Somnia attendentes. xxvj. q. viij. non. obseruentis. Aeromantici. diuinantes in aere. Geomantici. diuinantes in terra. Hydromantici. diuinantes in aqua. Pyromantici. diuinantes in igne. ve his quatuor preal. c. igitur. Horoscopi. inspectores horarum nativitatis hominum. palle. c. igitur. Salitores. qui quoz membrorum quecuz pars saliter: predicti prosperum seu triste aliquid sibi significari: preal. c. in fi. Sicarij. cum armis insidiantes. a sica quod significat ferrum sive cultrum. vt legitur et no. extra de homici. sicut dignum. Assisi. occulete occidentes: extra de homici. pro humani lib. vij. Abigei: furantes gregem: de pe. di. j. s. iniuria rum. ante. c. aut facta. Antropophagi. comedentes homines: eos spoliantes et tribulantes. ps. lxxvij. quia comedierunt Jacob. et in Job. xix. Et carnib' mei saturamini. Tyranni. crudeles domini et iniuste dominium usurpantes. xiiij. q. v. neq. Torneamentarij. exercitantes se in torneamentis: extra de tornea. Buellarij. pugnantes duo: extra de cle. pug. in duel. ij. q. v. consuluisti. Monacharij. purgantes se ferro calido acqua vel alia re. extra de purg. vul. ij. q. v. consuluisti. Blasphemi maledici. extra de male. Aleatores: extra de excels. pre. inter. xxvj. d. c. j. et aleo inspectores. no. ibi. Ebrii. assidui. xxvj. di. s. ea demum. Intrusi. extra de elec. quisquis. xvij. q. viij. lane. Solfi. ps. xxvj. Nec iurauit in dolo proximo suo. i. De. j. in fi. Rationabiles sine dolo. Heliti. os. ps. li. Quid gloriari in malitia: extra de excels. pila. qua graue. Non efficiamini inanis glorie cupidi. Gal. v. xl. di. s. j. Hanc gloriosi. facti hypocrite: de pe. di. ij. citius. Adulatores. xlvi. di. sunt nonnulli. xxvj. dist. s. ea demum. Aburmatores. j. ad Cor. x. ibi: nec murmuraueritis. xc. di. alienus. Susurrones: qui aliquid de trahunt in aure alicuius de alio: vnde. Leu. xir. Non eris criminato: et susurro in populis. Discordie seminatores. quos precipue detestatur deus. Prone. vj. xc. di. discordantes. c. dissidentes. Infideles. ij. q. viij. non potest. xxvj. q. v. de forma. Gastrimargi. gulosi. de cons. distin. v. quandoq. Furiosi. irati. xj. qd. iij. illa. z. c. ira. Inuidi. xxvj. distinctio. s. ea demum. xlvi.

di. clericis innuidens. Philargyri. auari. xvij. di. per totum. xiiij. q. iii. quid dicem. Accidiosi. vnum est de septem peccatis mortali bus acidia. vt legitur et notatur. xxvj. q. viij. non solum. et est acidia sive Hamacae. afflictio sive tristitia aggrauans. reddens hominem pigrum et frigidum ad opus bonum. Persecutores bonorum. xxvj. q. iii. nimium. z. ca. si ecclesia. Presumptuosi. elati. superbi. xlvi. di. c. j. z. xlviij. dist. c. j. Mendaces. xxvj. q. ij. primum. Falsi testes: extra de cri. fal. c. j. Bissimatores. vj. q. j. deteriores. Secretor. aut sigilli penitentie fractores. legitur: z no. xxvj. q. v. de forma. de pe. di. vij. sacerdos. extra de pe. os. s. si. inobedientes: extra de maio. et obe. c. j. lxxvj. dist. si qui. Proprietarij religiosi et clerici in rebus ecclesiis extra de sta. mona. c. ij. super quodam. c. cum ad monasterij. xij. q. j. si priuatu. z. c. duo sunt. Vtotoz violatores. xxvj. q. c. j. cum multis. c. seq. Non officiantes clerici beneficiati vel in sacrie. aut religiosi clerici professi. xci. di. presbyter. extra de cele. mis. c. j. c. dolentes. Irregularis cum culpa: extra de senten. excom. cum medicinalis. xj. q. iii. epis presbyter. Aut non canonicie electi: aut confirmati. aut consecrati. Extra de elec. lxi. dist. xliij. q. j. didicimus. Beneficiati clerici habitum vel tonsuraz dimittentes: extra de vi. et hodie. c. vlti. Clerici ioculatores. goliardi. aut bustones: extra eo. ti. clerici qui. lib. vi. Clerici carnifices. macelarij. aut tabernarij. aut in diuini ueste virgata aut partita: extra de vita et hone. cle. c. j. z. u. in clemen. Clerici thesaurizantes de bonis ecclesie. xij. q. ij. aurum. xlvi. di. sicut. Aut laici tempore famis: vt ibi in contractibus decipientes: extra de emp. et vendi. c. j. z. c. dilecti. Falsa moneta videntes. extra de iurur. intellectio. C. de fal. mo. Benarios bolsonantes vel pondentares vel eligant meliores: qz defraudent republika. Laupones. stabularij. naute: q. coiter suo officio abutitur. ff. nav. cau. stabu. granu. aut alias merces vi superuenient: vel carius tps expectant ementes si no. sint mercatores. aut negotiatores sicut tabernary et stabularij qui de ista arte viuunt. xiiij. q. iii. quicuz Clerici aut religiosi negotiatores: extra ne cleric. vel mo. per totum. lxxvij. di. ambitiosi. j. q. j. principatus. Ingrati. de. dona. c. fi. Litigiosi. xlvi. di. contentiosi. had. Cor. xi. Terminoz remotores. si. de term. amo. xij. q. j. c. j. Sepulchroz fractores. ff. d. sepul. vio. et extra de iude. sicut. s. ad hec. Publicani reipublice fraudatores. xiiij. q. iiij. s. item in criminali. versi. in iuri. Non sernientes in ecclesijs: extra de cle. non resi. Sicuti. ponentes in facie colores: de conse. di. v. fucare. Sine iusto bello aut vera necessitate vel utilitate terre tallias collectas gabellas: vel alia seruilia indebita imponentes: extra de censi. peruenit. Injustas guerras facientes. xiiij. q. ij. iustum. Jura debita subtrahentes. iniuste litigantes: et eos defendantes: extra de pe. calumniam. Rancorosi: de pe. di. j. homicidio. Eeditiosi fecientes commotiones in populis. xlvi. di. seditionarios. Divisi. partiales. xiiij. q. j. qm. Injustor vectigalium impositores. extra de censi. innowianus. Terrarum dominia usurpantes. sicut Memroth. vi. di. s. his itaq. Mercenarios defraudantes. Ecc. xxvj. Mercenarij non fideliter labo rantes. Clerici aut religiosi de bonis ecclesie aut monasterij parentes vel alios ditantes. lxxvij. dist. non satis. Aut ecclesiam suam quomodolibet defraudantes. xij. q. iii. c. j. z. q. iii. c. j. z. q. ii. Concussores aliquid petentes contra debitum ratione officij alicuius. legi gitur et no. xiiij. q. j. paratos. in fi. glo. conciu. c. mis litare.

litare. Libellos famosos componentes. v. q. j. r. ij. c. j.  
 Emansores, qui diu extra castra vagantur: et ad ca-  
 stra reuertuntur: legitur et no. de pe. di. j. aut facta. gl.  
 emanor. Efractores, frangentes carcerem ut euadant.  
 Brasillatores, latrones nemoris seuentes. Ex-  
 pilatores, res iacentis hereditatis subtrahentes: de  
 his quatuor legitur et no. de peni. dist. j. ca. aut facta.  
 Mediatores simonie. j. q. j. extra de testa. mediato-  
 res. l. vi. e. p. s. Himi, rerum humanarum mutatores:  
 sicut olim erat in recitatione comediarum, quod re-  
 citator verbo dicebat amum motu corporis exprime-  
 bat. Hugui. in deriuacionibus. Jocularores, d quo-  
 cumqz ioco in publico: vnde ioculatores quasi ioci-  
 latores: in publicum enim faciunt spectaculum pro-  
 prij corporis: extra de vi. et ho. cle cuz de corpore. no.  
 extra lib. vi. e. ti. clerici. Buffones vulgare Tuscoruz  
 preal. c. clerici. Scurra: leccator, vaniloquus, proprie-  
 scurra dicitur qui sequitur curiam gratia cibi, quasi  
 scutelam radens. Tragediatores: medicantes fau-  
 ces ad cantandum in publico. xcij. di. c. j. Histriones  
 gesticulatores, ioculatores, qui diuersos geslus et ha-  
 bitus homini sciunt reprehendere: vnde histriones di-  
 cebantur representatores comediaru qui in recita-  
 tione laruas sue faciei apponentes reprehendebant  
 habitus et gestus diuersorum: sm Hug. in deri. de isto d  
 cons. di. ii. pro dilectione: legitur et not. de his. lxxvij.  
 vi. donare. Traiectatores cum manibus in ludis de-  
 cipientes. Cum bestiis pugnatores. ij. q. viii. § tria,  
 als sub. c. itames. versi. q. operas. Venatores. lxxvij.  
 di. qui venatoribus: cum quatuor. c. seq. Percusso-  
 res. extra de cleri. percu. Tarilloz aut mercium ven-  
 ditores prohibitarum et portatores. extra de iude. c.  
 ita. c. ad liberandam. Supratores puerorum vel virgi-  
 num: de pe. di. j. qui puer. xxvi. q. j. §. cim ergo. In  
 cestuosi. xxxv. q. iii. de incestis. et q. viii. incestuosi: et ex  
 de eo qui cog. con. vx. Tornatrices: que voluntur  
 in ludo ut torni. legitur et no. de conse. dist. v. nullus.  
 Scenici. scenos vmbra: inde scena vmbraculum lo-  
 cus obumbratus in theatro cortinis cooperitus. in-  
 de scenicus c. cum. i. vmbratilis. theatralis: qui facit  
 ludos et gestus in theatro: vel qui ibi recitat scripturam. sm Hug. in deri. de his de conse. di. v. non opor-  
 tet. Gestulatores: facientes geslus corporis: This  
 melici ministrantes ludentibus, legitur et no. preal.  
 c. no. oportet. ii. Alchimiste: discant factores alchimie  
 impossibile esse vnam speciem in alteram transmu-  
 tari. sm philosophum bene probatur. xxvj. q. v. epi  
 eoz in si. Russiani ducetes alijs meretrices: non mi-  
 nus peccantes qz si cum eis agerent. lxxxvij. dist. c. i.  
 Patroni turpitudinis vrox. xxvij. q. ii. c. i. Martuz  
 alienuz supponentes. extra de pe. et re. offici. Martu  
 impedientes: extra de homi. si aliquis. Martum ne-  
 cantes quomodocuqz. e. ti. sicut. Filioz expositores.  
 extra infan. et la. ca. i. Falsi accusatores vel denuntia-  
 tores: extra de calu. et accu. accusasti. Contra legem col-  
 ludentes actores, et rei latenter et fraudulenter com-  
 ponentes super lite. legitur et no. extra de calum. cri-  
 mina. A fide clericatu et religione apostatantes: ex-  
 tra de apost. Caluniatores. ij. q. iii. §. notandum. ij.  
 Falsi procuratores: extra de procu. mandato. Execu-  
 tores non fideliter fidei commissa exequentes aut tar-  
 de extra de testa. nos quidem. Contra parentes in-  
 surgentes vel eis inobedientes vel iniuriantes. Le-  
 uit. xx. Festa indicta ab ecclesia non custodientes se  
 seruilitate operantes: de pse. di. ii. c. j. r. c. ieunia sane:  
 extra de fer. c. vlti. Conuenticula facientes. Laici p-  
 dicantes: extra de here. cum ex iniuncto. Contra li-  
 bertatem statuta facientes et scribentes: et ea seruantes  
 extra de sen. excō. vocavit. Rebaptizati: de pse. di. iij.  
 q. bis. r. c. seq. Reordinati. j. q. viij. saluberrimū. Fur-  
 tine ordinati. extra de eo qui fur. or. re. Id est saltum  
 promoti. extra eo ti. Cladestine contrahentes. extra de  
 clades. Viventibus vxoribus contrahentes. extra de  
 eo qui dux. in ma. c. pen. Sponsas fratum in uxores  
 ducentes. extra de spon. sponsam. Cum affinibus et  
 consanguinibus fornicantes. extra de eo qui cogn. co-  
 san. xxxv. q. iii. r. q. iii. r. v. Cum iudeis mulieri-  
 bus et saracenis vel quibuscumqz alijs extra fidez se  
 commiscentes. xviii. q. j. caue. Tempore interdicto  
 ab ecclesia nuptias celebrantes. extra de ma. c. tract.  
 contra inter. Semel in anno non confitentes et non  
 communicantes. extra de pe. et re. ois. Tempore in-  
 terdicti et coram excommunicatis et interdictis su-  
 spensis ab officio publice celebrantes extra de ex. p.  
 tanta. et extra de pini. eporum. li. vi. Prelatoruz sen-  
 tentias non seruantes. xij. q. iii. Excoicatis et rebellā-  
 tibus ecclesie et fidei auxilium consilium vel fauore  
 dantes: vel eis communicantes. xcij. di. si inimicus.  
 j. q. i. si quis inquit. extra de sen. ex. nuper. Macta no-  
 seruantes. extra de pac. Idez de promissionib. Tho-  
 rum maculantes. xxxij. q. iii. origo. r. c. in eo. Extra  
 vas semen projicientes sicut. Onas filius Jude vñ  
 propter hoc percussit. Gene. xxvij. Illicite vel impudice se  
 vel alias tangentes. xxxij. q. iii. meretrices. xxxij. q.  
 v. nec solo. Post promissam continentiaz ad iniucie  
 matrimonio abutentes. xxvij. q. ii. si vir et vrox. Bes-  
 bitum coniugū denegantes. ea. cā. r. q. si tu. Sine re-  
 ligione se coniuges diuidentes. xxvij. q. ii. §. j. Sine  
 licentia reciproca iuges causa peregrinationis vel  
 alia diu absentes. extra de coniugio lepro. c. i. Pre-  
 textu filiorum non procreandorum matrimonio no-  
 vtentes. xxvij. q. ii. oē. Fascinatoriam aut maleficuz  
 cum maleficio remouentes. c. xxij. q. ii. si quis ad te.  
 Post votum contrahentes. extra qui cleri. vel vo.  
 Presbyteri cum peccato mortali celebriates vel coi-  
 cantes de con. di. ii. quotidie ea. di. qui scelerate. Bi-  
 nicia recipientes. et non ecclesiastici officiates. lxxxi. di.  
 eos. Decimas et iura ecclesiastica no soluentes extra  
 de deci. vi. q. i. decime. Penitentias rumpentes. de  
 pe. di. v. consideret. Recidiuantes. de pe. di. iij. irrisor.  
 r. c. ille. Potentes reddere aliena. et non reddentes.  
 xij. q. vi. si res. Prelati et epi de relictis pauperibus  
 quartā recipientes no. extra de sepul. c. ij. Clerici col-  
 luctantes extra de immu. ec. non minus. r. c. aduer-  
 sus. Pro literis ordinatorum. et beneficiatorū. ab-  
 solutorum. confirmatorum. consecratorum. quorum  
 cunqz clericorum promouendorum. in fraudem iu-  
 ris simoniacos condemnantis. magna precia per no-  
 tarios suos aut cancellarios aut officiales recipien-  
 tes. i. q. ii. nullus. extra de simo. c. i. Prelati condem-  
 nationes pecuniarias et compositiones imburstan-  
 tes. legitur et no. extra de pe. c. ij. Adulatores. seruito-  
 ribus et consanguinibus suis et alijs precibus carna-  
 libus aliquoruz indignis beneficia conferentes. ex-  
 tra vt ec. bene. c. i. i. q. i. sunt nonnulli. Iudicia et sen-  
 tentias iustas vel iniustas vendentes. ij. q. vi. venas-  
 les. xi. q. iii. non licet. Expensas pomposas et super-  
 fluas et curiosas in equis familia et vestibus et sup-  
 pellectilibus cibis et edificijs maxime clericci facien-  
 tes. et de pauperibus parum vel nihil curantes. xvi.  
 q. i. qm. xij. q. ii. gloria. Guerras et divisiones facien-

tes & nutrientes: extra de tenu. & pa. Sacerdotes & clericci raro aut nunq; celebrantes, aut predicantes, aut ep; nisi pp lucrum epale officium exercentes, ex de cele. mi. dolentes. viij. q. i. sicut vir. Maru aut nihil de animabus subditorz curantes. viij. q. i. sunt in ecclisia. xxij. q. iiiij. tres personas. Pre timore precio vel amore non corrigentes. xlj. di. epheljs. l. di. q. s. diaconus. extra de offi. or. ad reprimendaz. & c. licet. Cum prelati usurarijs vel eoz heredibus conuenientes: & libros eoz recipientes, & nunq; aliquid illis qui soluerunt usuroras restituente: extra de vnu. cum tu. Prelati se ab eoz ecclisia absentantes absq; causa legitima: extra de vo. & vo. redemptio. magne. viij. q. i. sicut vir.

**Exhortatio contra mundum. De reformatione ordinis beati Francisci. De divisione ecclie. Et duabus ecclisiae.**

Cap. 67



Redicti flagitiosi & eoz consimiles qui fornicantur in adnuentiis suis sunt illi per quos immaculata ecclisia dei: & sponsus christus dñs distamatur: & ab infidelibus fornicaria appellatur. Sed si in toto mundo non nisi duo vel tres sancti essent: in illis: & non in alio toto mundo scelerato ecclisia sancta esset. xxij. q. o. j. a recta. legitur & no. xxij. di. quavis: de conse. di. iiiij. queris: sed quia nescimus reprobos & electos: de oib; constituitur ista militans ecclisia in hac vita. xxij. q. iiiij. hec aut. Quicquid ergo mali in ecclisia agere videamus: si habemus officium & postulum: corrigamus: vel gemamus: & sileamus. xij. q. iij. q. n. Obturemus aures ru moribus. lxxxvj. dist. si quid. Expectemus dñm. ps. xxix. expectans expectau. Simittamus ipsum sacre: qz benefacit omnia. Mar. viij. xxij. q. iij. quidā versi. floriani. Et que nos mala vocamus: ple bona & que nos bona ipse sepissime mala appellat. facit ad hoc. xxij. q. v. relegentes. in priu. Nam stultum dei sapientius est hominibus. j. ad Cor. j. Bene scit de quid facit: & quid permittit de bonis iustis & de malis. fm Aug. etiam bonum trahens pre. c. relegentes xxij. q. v. q. hinc notandum. Dia que fiunt aut iusto iudicio facit, aut permisso ita fieri permittit xxvj. q. v. nec mirum. ultra colum. versi. nec ideo. Non est sapientia nec consilium. Marouer. xxij. nec fortitudo contra ipsum. Simittamus ipsum regere mundum: qui creauit mundum: quia bonus rector humani generis est & author. Pax multa diligentibus legē tuā & non est illis scandalum. ps. cxvij. Ille sapientior qui non est curiosus scire qualiter regatur mundus: qui hoc considerat pacem habet & non est illi scandalum. Curiosi & scrutantes & qui scrutinio. scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutates scrutinio. ps. lxij. In guerra habitant & pat lōge est ab eis. Beatus qui de bono & malo lucrari scit. Iste est Aioth ambidexter lucrana a dextris & a sinistris: de quo dicitur qz utraq; manu vtebatur pro dextra. Judi. iij. Prudentes mercatores de vilibus & preciosis meribus lucrantur: satui ve oib; perdunt. Quid nobis & nouitatibus mundi: qui semper se mouit & mouet: & nos non moueri cum eo debemus. Oportet nos penitentiam agere. ne. Luc. xij. peream. Mar. tui ergo simus mundo: ne pereamus cum mundo: &

damnemur fin. Paulum. j. ad Cor. xj. Scimus qz deo est. Heb. xj. Et totus bonus est. Lu. xvij. Mat. xij. Et utraq; seculum bene regit. Sufficiat hoc nobis. Utinam vere & corde dicamus, fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. Mat. vj. z. Luc. xj. vbi Lpianus. Non igitur petimus ut deus faciat quod vult: sed ut nos facere possumus: quod deus vult qz vt fiat in nobis opus est dei voluntate: id est opera eius & protectione: qz nemo suis viribus fortis est: sed de misericordia tutus. Que nouitates fuerunt & erunt non est curandum: nec vtile scire est. Hoc autem sciendum & in memoria continua habendum qz mori nos necesse est. xxij. q. iiiij. q. sed in his. Et hoc non nouis: sed vbi & qn & qualiter nescimus. Quia igitur nos mos expectat vblibet: & nos eam vblibet, & omni tempore prestolemur fm Bern. Quid enim mihi si totus mundus vt luna mutetur: & stultus cu ea: eccli. xvij. Et ego dei gratia pmaneo vt sol i sphera sua. Et quid si totus orbis saluaretur: & ego solus perire: vere filij hominum sumus vanitati subiecti. Ro. viij. & diligentes eam & querentes mendacium. fm David. ps. iiiij. bonum enim & malum nostrum intra nos est in nostris effectibus. Unde & regnum dei intra nos est. Luc. xvij. Quid ad nos deus que foris in mundo sunt. j. ad Cor. viij. j. q. j. multi Ideo christus planxit Lazarum fm Hiero. qz foris id est ad istum mundum exteriorem eum vocabat. Sed gloria filie regis ab intus. ps. xluij. Si non salvatur vnq; quis: nisi qui secum habitat: & qui revertitur in se cu filio prodigo. Luc. xv. Accedet homo ad cor altum. zc. ps. xluij. & qui conuertitur ad cor secundum David. multo, potius hoc tempore tenebzarū examinato me aliquoties & vico mihi. Quid vis extra deū: & respondeo Hil & infero. Quis deus & cu deo ego mihi bonus: & sine homine & deo ego mihi malus. j. q. iiiij. crimen. Quis ergo separabit me a charitate dei proprietas mei: si igitur me christo: & creature mente non cōico: me ab eo excōico: si in me nō iūz: in ipso non sūz: qz in ipso moueo, viuo, & sūz. Actu. xvij. Si vero in me sine ipso sum non sum vere: qz ipsum: & in ipso, sum id quod sum. Ne vobis lippis qui ex tumore superficiem intuemini: suspicātes ex hoc omnia fore salua: non attendentes interiorē verniem qui interiora corrodit: fm Bernard. concussionem & terre motus interiores & exteriores tempore presentis dei vicarij concurrentes in mysterio. Nondum sigillum apertum est. Prestolentur sigillum apertum: qui erunt & videbunt interim suffrendum: & obediendum. Euangeliū eternū. Apo. xij. est inimitabile. Mar. multus a deo cum bulla regia. Minister eius non est mortuus: sed viuit. Litius resurget, clarius, & perfectius. Tentabuntur filii eius perualides: sed patris munere non deficient, qz in charitate perpetua dilecti & sponsati cum patre sunt. Osee. iiij. z. xj. serui non malebunt in domo patris in eternum. Joan. viij. qz legē perfecte libertatis ab omni carne. Jaco. j. id est euangelium negauerunt verbo & opere. xxij. q. v. caue te. Hic parantes pasca: qz filij Agar ancille egyptiae tenebrosae. lvj. di. Hysmael. Hic solennizantes vigilias: pasca typicum euomentes. Blasphematus: & stolidus reputatus: pater inclitus pauper sapientia plenus, liberans eccliam: & condemnatus a filiis spurcitie retrogradis & apostatis. Hindictam penit & petit. Faciet dñs exercituz: qz zelatur eum: & ideo signavit

signauit eum. Fiet carnis totalis destruacio: alijs no-  
sieret spiritus constructio. Nemo potest discissam  
disruptam et veterem tunicam plenarie resarcire.  
Luce. v. Ex una parte refutur: ex altera scinditur.  
Heut. xxvij. veribus et grandinibus. Leonibus.  
Iudi. xiiij. et vulpibus. Lan. iiij. ps. lxxix. singularibus  
seris apris de sylva exterminata et vastata est vinea.  
Francisci sacra regula ad quid sepes et maceria: con-  
stitutiones que etiam non seruantur: vt quid ceco  
collyrium? quid leproso sirupus? quid mortuo me-  
dicamen? quid albedo ethiopi? quid simplicitas  
vulpi: lupo sobrietas? corvo legalitas? pardo puri-  
tas? leoni humilitas? paupertas gigantibus? char-  
itas litigantibus et ambientibus? j. ad Corinth. xij.  
et ideo nullum cataplasma, nullum pigmentum,  
nullum antidotum tanto morbo medebitur: nisi se-  
gregatio electorum. Interim sit sex olei amurca cum  
oleo: furfur cum similagine murena serpens cum an-  
guillagranum cum paleasfictile vas cuz aureo. xxiij.  
quest. viij. c. i. habitet Loth cum Sodomis. Gen. xix.  
xl. distin. quelibet. Job cum scorpionibus et strutioni-  
bus. Job. xxx. Nicolaus inter septem diacones. Act.  
vi. xxiiij. q. iiiij. quidam. ver. nicolaite. Judas scarioth  
inter apostolos. xxiiij. q. iiiij. quid ergo. Ignis accen-  
sus tribulationibus separabit et colabit filios leui. l.  
distin. et purgabit. Malach. iiij. vt recedat scoria: et re-  
maneat vt aurum obrisum, offerentes domino sacri-  
ficia in iudicio serui condemnationis, et iustitia pro-  
ximi compassionis, ad caminum vere paupertatis  
reduci. Isa. xlviij. c. et vere expropriationis facti do-  
mini possestors et possessio dominica: deficient argu-  
menta: qr. regnabit veritas. Syllogismus peribit: qr.  
simplicitas preualebit. Conclusio non fiet: qr. domi-  
nus humili sabaoth faciet consummationem arro-  
gantium: et per eum sapientibus verius insipientib?  
concludetur. Inimici christi et euangelij resarcient  
euangelium nescientes quid agant: et vindicabunt im-  
pugnationem. c. xxiiij. q. v. hinc notandum: quia do-  
minus pugnat occulte: iacit sagittam a pharetra sua  
in indignatione sua: et abscondit manum: vt viden-  
tes non videant. Jo. ix. et paret pedicam. Job. xvij.  
inimicis de virtute propria gloriantibus. ps. lxxvij.  
Bormiens surgit tanq; crapulatus a vno furoris  
sui: vt percutiat inimicos suos in posterioribus con-  
summationis vite sue. ps. lxxvij. Et sicut in oppro-  
brium sempiternum: vt israel saluus fiat.

Firma columna nutabit: et iam mutat. Scindetur  
sponsa christi: et iaz longe lateq; scissa est. Pugnabit  
fermentata in membris ecclesia vera contra falsam:  
preualebit pro tempore mendacium: vt purgetur vi-  
tum. Resurget ante ultimam resurrectionem in spi-  
ritu humilitatis. Dan. viij. et animo contrita sposa chri-  
sti purissima redibit ad initium: tribulationibus deal-  
bata: et a fecibus defecata: qr. vexatio aperiet eius au-  
ditum. Isa. xxvij. que surda diu permansit. Diu cu-  
currit iā quartus equus pallidus. s. hypocrisis. Apo-  
cal. vij. sed nunc per amplius calcis iacit: qr. modicum  
tempus habet. Diu regnauit transfigurata hypocri-  
sis regente eam transfigurato angelo tenebraru. xxvj.  
q. v. episcopi. Sed modo plenarie suum imperium di-  
latauit et dilatabit: quoq; veniet rex impudens ple-  
nus mysterijs et velatus, propositiones sciens. Dan.  
vij. Bestia prima vastans omnia plus q; credi pos-  
sit. Apoc. xiiij. Qui huius imperij carni caput tenet:  
cuius membra tabefacta iamdiu per orbem preuale-  
bunt: et serpent sceleratissimi eins et perfidi predecesso-

res. nam sagittans sanctam ecclesiam in preco: dijs  
sue charitatis et unitatis, pacis et pietatis, mundi-  
tie et castitatis. Se eius vocat filium, ipsam scin-  
dens. Se parte eius se vocat: ac si ecclesia sit in par-  
te. contra id, xxvij. quest. j. schisma. Plus eam im-  
pugnans, quia familiaris inimicus, q; hostis bar-  
barus notorius. xciij. distinct. si inimicus. Oscula-  
tur eam: et transfigurata eam sica: id est cultello: Am-  
sam Joab. ii. Regum. xx. et Iudam christo. Mar.  
xvij. se ei exhibens quum eam salutat. In hac cali-  
gine lux lucebit electis habitantibus in hac regio-  
ne umbre mortis: qui non rapientur de manibus  
domini: et non dimittent matrem cecam et quasi ste-  
rilem, propter nouercam adulteram et secundam.  
Recooperent pudenda patris: quia sunt filii pu-  
dori successores Sem et Japhet. Genes. ix. xcvj.  
distinct. in scripturis. Et in hoc filii cognoscuntur  
aquinii cum corpore christi, quod est ecclesia, con-  
gregati. Matt. xxvij. xxvij. xxvij. quest. j. quoniam. nec  
divisi ab ecclesia et a sponso quantumlibet deviante.  
Viviani degeneres sectabuntur nouercam tumen-  
tem et aconita id est venenum miscentem. Aquilo rex  
Alemannie et Romanorum lactabit nouercam, ab  
ea lactatus: quia ab aquilone pandetur. Diere. j. ma-  
lum schismatis. Pascet eam et occidet eam hoc tem-  
pore et futuro. Interim qui stat videat ne cadat. j.  
ad Corinth. x. Non dimittat mundum donec de me-  
dio fiat: quia iustitia colorata regnabit in parte cu-  
bilis christi: sed ipse cubat in meridie. Lan. i. et in  
horto conclusio et signato. Lan. iii. eti spinolo et in-  
culto. Armabit se lectus et fictus iustus, lucem ha-  
bens non ardorem: contra fidem: et habebit argu-  
menta fictae vite: et dicet: Necum est dñs. sed fidelis  
dñs in fide vera habet diversorum et cubile: et in ea  
resuscitat vitam suam: et franciscum suum fideles di-  
scipulum et apostolum: qui dño pape et eius romane  
ecclesie pro se et suo corpore mystico: obedientiam spe-  
cialem promisit: et euangelium obseruare in regula  
sua. Fermentata autem vita de fide spernit et odit  
ex fide enim sincera et non ex operibus absq; ea iusti-  
ficatur Abraam cum ceteris iustis. Roma. iiiij. Jaco.  
ii. nihil sit simplicitati diuine contrariu: sicut hypo-  
crisis: que totam sanctam ecclesiam hodie percutit: et  
synagoge similem eam facit. Hypocrisis quidem est  
mater duplicitatis: filia mendacij: et patris eius dia-  
boli: dupli vita viuens: corpore in celis habitans:  
mente in terra: honoris audiatur se pavida et intru-  
ctuosa: doli artifex: marty: diaboli: emulatrix et perse-  
cutrix bonorum: correctrix omnium: ipsa incorrigibili-  
lis: intus arida: antrum demonum et eorum figura: ti-  
nea sanitatis: compta meretrix: fucata spurcitia: in-  
flata viper: ornatum sepulcrum: filia peccati et conti-  
nue peccans: perditionis precursor: vermis ecclesie  
insensibiliter quodammodo eam depascens: negatio  
nature: crocodilus vitalia consumens ecclesie: blasphem-  
ia alteri: vite: genitrix phariseorum: soror scribarum: co-  
mes Ananie et Sapphyre. Act. v. xxvij. q. viij. paulus.  
Petri timor: iudaizans gula. ii. q. viij. paulus. pedis-  
quaderodis ascalonite. Mat. iiij. pedagogator: pu-  
ritatis euagelice inimica. Se hypocrita. Job. viij. xij.  
et xv. in s. et xxvij. et xxvij. et vlti. c. et de peni. vi. q. ci-  
tius. Scripti contra hypocrisim late. j. in parte. ii. ad  
s. aliud manu peculiare. in. c. lxxvij. Hec in qua im-  
pura scitas: s; tota iniqitas: isto tpe tenebrar. i. vtrq;  
ecclia malignantiu: et scotou primaria arcere iadiu et te-  
nuit et tenet: pp eius iniquitate ecclia contra ecclias

Hypocri-  
sis illecta  
author.

dominabitur. Hilitantes filii brauium percepturi, qui nuda permanebit ecclesia sanctorum; vestimenta sua mista sanguine. *Esa. ix.* deponentes; et eam nuptiali. *Matth. xxv.* induentes ueste: quia eius uestitus est proprie deauratus. *ps. xliii.* erunt. Plantationes vero adulterine. *Mat. xv.* sequentes ecclesiam. *ps. xxv.* malignantium eradicatorum cum ea: et tunc regnabit dominus in templo sancto suo. *ps. x.* vnitus cum sponsa sua in simplicitate fide et charitate qui triplex funiculus necit ecclesiam cum christo ut iunctus rum patur. extra de treu. et pa. c. i. Duplicitas autem et infidelitas et iniquitas comprehendet pseudo filios: ut cum patre eorum Amoreo et matre Lethaea. *Ezechiel. xvi.* perpetuo disrumpantur: et flammis ultricibus divisionis scilicet et fictionis et vere matris persecutionis perpetuis exurantur. Adaperiat proinde obsecro genu fleo nostra sancta mater ecclesia oculos cordis sui: et cognoleat pessimam suam pacem. *Esa. xxxvii.* In bonis temporalibus dilataata: et spiritu minorata: quis dies venit: et properat in ignis: quod inimici eius ad literam coangustabunt eam: et circumdabunt eam obsidione persecutionis: et apprehendent eam inter angustias terre idest ad terram quam dilexit dimittens celum, prosterneant eam. *Luce. xix.* Et quia non fuit deo et spiritu eius contenta: sed manus suas misit ad appetitum et possessionem terre manis et vacue. *Gen. i.* Et in terrenis voluit dilatari: non contenta terminis suis etiam temporalibus legitimis quos habebat: sed etiam insuper inuasit terminos alienos. *xij.* quest. i. cap. i. Et paupertatem euangelicam arram hereditatis perpetue totaliter repudiavit: et eam exulare fecit: que data erat ei pro dote diuitiarum celestium: et in qua fundata erat a sponso suo christo et a suis apostolis, qui ea in ea planauerunt et fundauerunt. *xij.* quest. i. c. i. Et quod ingratia extra de donat. et si extitit largitoribus patrimonij. *xvj.* distin. constantinus. *ij.* quod ad suam et pauperum. *xvj.* q. j. quoniam sustentationem, non ostentationem, delectationem, et thesaurizationem. *xij.* q. o. *ij.* aurum, possedit et possidet. Ideo dicit dominus exercituum. Fortis israel, magnus, et parvus, diues, et pauper. *Esa. ix.* ps. Tela tua sum te: quod dilexi te: et redemi te. ps. redemptionem spoliabo te: nudam dimittam te: sicut steti in patibulo. *Io. xix.* pro te effraym augmentum et cayn possesso recesserunt a te. Aurum Eulath, *Gen. ii.* exulabit a te. Hacce pingues que sunt in morte samarie. *Amos. iiiij.* prelati diuites in ecclesia descent: et macilente succedent. *Gen. xlj.* Nauigauerunt in ophir propter aurum cōfringens, in asion gabaa. *ij.* Reg. vlti. Non bibes plus nec sities aurum in quo confisa es. *Baruch. iiij.* q. o. *ij.* S. ex his, sed confidentia tua in me erit. ps. qui confidunt in domino. *Job. j.* Camelos tuos, asinas, et greges ovium arripiunt sabei. Reges te in terra dotantes, siccabunt ybera tua in terra turgentia. Qui te exaltauerunt humiliabunt. Bibistis et propterea totus euomuisti. Miseras plena: evacuata es, et curata. Vituli aures quos posuisti. *ij.* Reg. *xij.* in Bethel: te me blasphemare fecerunt: coruerunt et ad orbis soli me. *Beut. xxij.* incrassata, impinguata, dilatata, in cantico. Auditore, recalcitrasti et derelinquisti deum factorem tuum: redemptorem et sponsum tuum: sed attenuata et subtiliata de crassitudine terre redibis ad me. Querebas me in armentis et bobus, curribus et elephanticibus: et non inuenisti me. *Osee. v.* ps. *xij.* hi in curribus. Calcabis terram: et dicam ecce adsum. Ad nativitatem

tem tuam nuda redibis: vt sic iterum renascaris: quod nisi nata fueris denovo. *Io. iiiij.* non colaberis, immobileris, et purgaberis sicut in diebus antiquis. *Matth. viij.* l. vi. et purgabit. Et erit possessio tua innocentia et iudicata. *Adendas fecisti euangelium meum in conspectu filiorum hominum: et idololatrie eos fecisti: sed spoliatio tua verificabit illud: et orbis te nudam aspiciens et absque puluere terre aspiciens celum adorabit me: quod glorificata es in thesauris tuis: et non erat eis numerus. *Baruch. iiiij.* Et eruginavit aurum tuum et argentum. *Iaco. v.* ideo Babylonij venient asportabunt illud. *Esa. xxix.* Et pro vasis aureis erunt tibi fictilia et lignea idest pauperes. Unos lapides contemptissimi et extraxisti mortuos tuos. *ps. q. ij.* multi corrunt, et in tabernaculis habitabis sicut et patres tui. *ps.* Et habitare fecit in tabernaculis eorum. Anguentis varijs delibuta fuisti: squallida et hispida iungeris milpi. Unis et epulis satiata, sopore dedisti: in fame et siccitate vigilare te faciam. Murpura et gemmata fuisti: et mutatoris vtebaris. *ij.* Reg. v. In cilicio et cinere velis nolis redibis ad me de penitentia. *dist. iiij.* achab. Cyrus meus. *Esa. xlj.* vindicabit me de te: ut habeam te: et enertam et occidam te: ut vinificem te: et prudentia que de terra est. *Baruch. iiiij.* Perdam prudentiam tuam et sapientiam tuam. *Beut. xxij.* Et dabo infirmitatem et stulticias crucis meam. *j. ad Cor. j.* *Sap. xj.* In quo peccasti, in eo te puniam. extra de off. deleg cum olis. Infrigida ta es: ventus aquillo frigidus verberabit te. *Ecclesiasticus. ij.* Ut in sanguine tuo calefacta te calefaciat mens hauster calidus. *Casi. iiij.* spiritus sanctus. *Bilexite.* ideo affligam te: et irascetur furore meus contra te: ut purget te. *Amos. iiiij.* Apocal. *ij.* ps. *xcvij.* Deus tu propitius et. v. quest. v. non omnis. *xxij.* quest. *ij.* nimium. Veniet ergo illa mea paupertas beatissima. *Matth. v.* que te ditabit: quia te purgabit. l. distinct. et purgabit. in templo meo sedebit: et regnabit: et regnum meum vite expropriata euangelizabit: et faciet familiam pauperum, super quos intendam ego dominus: ut in die mala. *ps. xl.* beatus qui intelligit. ultime tribulationis liberem eum nunquid cum promptuariis. *ps. cxlij.* promptuaria eius priuata pecunia aliquis. vulgare apulie. *Bi-* citur etiam entheca locus in quo servatur pecunia. *ij.* quest. j. nolo. et quest. *ij.* yobis. Et erariis. locus eius idest pecunie. Et loculis: pera: bursa: repositorum. *ij.* quest. j. habebat. *xj.* quest. *ij.* ira: pecunia et thesauris. Posset pugnare cum illo filio perditio- nis qui terram diuidet gratuito: et cui pater eius Leuiathan thesauros absconditos reuelabit: et in copia rerum omnium occidet plurimos. *Bani. viij.* ad f. et *xj.* ad f. Numquid potest philargyria. appetitus habendi: et pecunia contra avaritiam et abundantiam dimicare? Numquid autem guerram faciet contra aurum? Immo quanto pecuniosior: tanto auarior: et tandem ad lucrandum audierit. *xij.* q. *ij.* quid dicaz. *xj.* q. *vij.* sicut. Quo ergo tales contra aurum pugnabunt sicutientes auxili serui mamone et auri? *Mat. viij.* et *Luc. xvij.* *xij.* q. *v.* f. Sed quod palma habebit contra aurum: nisi quod non confidit in auro: nec abiit post aurum? Eccl. *xxij.* et cui non est aurum. Et per hoc apli inopes et medici aureos et auratos huius seculi principes conuerterunt quod aurum repudiauerunt: et dixerunt: argenti et aurum non est mihi. *Act. viij.* et *vij.* dixit Petrus Simoni mago. Pecunia tua tecum sit in pditione. Propter quod in fine seculorum*

eñorum necesse erit, q̄ avaritia huius seculi igne  
 avaricie interiori ardens, igne exteriori iudicij ex-  
 pianda per pauperes veros futuros non factos pre-  
 sentes euangelicos successores apostolorum fundi-  
 tus extirpetur quoad paupertatem. legitur et not.  
 xvij. quest. v. ex authoritate. xij. quest. j. videntes. O  
 sponsa mea. xxvij. quest. j. nuptiarum. quis te exceca-  
 uit: vt nuditatem meam non aspiceret: et eam nu-  
 ditate tua non cooperires? Vere puluis terre te oc-  
 cecauit: humor crassus telluris, pupillam oculi tui  
 obtenebrauit. xlj. distinct. c. j. s. lippus. Auro et ar-  
 gento et gemmis et diversis coloribus me cooperui-  
 sti: sed decepta fuisti: et illaqueauit et decepit te syna-  
 goga aurea cui successisti. xxv. quest. j. S. authoritate.  
 que templum suum et templi vasa deaurabat: et au-  
 rum querebat et possessionem in terra: sed carnalis  
 erat et ceca, et rufis, et prona idololatrare: et car-  
 nalibus sacrificiis dedita ne flueret. Lexit. ix. xxij.  
 quest. j. S. sed obicitur. ad simulacra aurea idolorum  
 xij. quest. j. gloria. Sed tu que me in carne pauperem  
 natum vidisti: et in presepi luteo positum aspexisti.  
 Luce. j. vbi dicit Chrysost. Si mihi licet et illud  
 presepe videre in quo dominus iacuit. Nunc nos  
 christiani quasi pro honore tulimus lutum: et posui-  
 mus argentum: sed mihi preciosius illud est quod  
 ablatum est: argentum et aurum miretur gentilitas:  
 christiana fides et deuotio miretur luteum illud pre-  
 sepe. Qui in isto presepi natus est: aurum condem-  
 nat et argentum: non condemnatio eos qui honoris  
 causa fecerunt: neque enim illos condemnatio qui in  
 templo fecerunt vasa aurea: sed admiratio deum crea-  
 torem mundi: qui non inter aurum et argentum, sed  
 in luto nascitur: et semper despiciunt. Esa. lv. et inop-  
 pem, et mendicum. ps. cvij. et non habentem vbi cap-  
 put reclinet. Matth. viij. et Luce. ix. vbi Beda. Quid  
 me propter divinitas et seculi lucra cupis sequi: quum  
 tante sim paupertatis: vt nec hospitium videar ha-  
 bere: et vt in eo utrū tecto? Item ibi Chrysost. Aspice  
 qualiter paupertatem quam dominus docuerat, per  
 opera demonstrat. Non erat ei mensa: non candelabrum  
 non domus: nec quicq̄ aliud talium. Et pre-  
 dicantez. Beati pauperes spiritu. Matth. v. Et. Ha-  
 de et vende omnia que habes: et da pauperibus. xxij.  
 quest. viij. non inuenitur. et c. si ecclesia. xij. distinc. le-  
 gimus. ad medium. ver. quid enim. Matth. x. Luce  
 xvij. et Matth. xix. vbi Remigius. Notanda sunt  
 ista verba. non enim ait dominus. vade et manduca  
 omnia que habes. Sed vade et vende. Et non ait ali-  
 qua: sicut Ananas et Sapphyra. Accium. v. xxij.  
 quest. viij. petrus. Sed omnia. Et pulchre adiungit,  
 que habes. Illa enim habemus que iuste possidem⁹.  
 Illa ergo que iuste possidem⁹: vendenda sunt: que  
 vero iniustæ sunt errogaanda illis quibus fuerat abla-  
 ta. Luc. xij. de Zacheo. xij. q. i. cum deuotissimaz. xij.  
 quest. vi. si res. Hec ait. Da proximis aut diuitibus  
 a quibus accipies similia. sed, Da pauperibus. Au-  
 gust. de operibus monachorum. Nec attendendum  
 in quibus monasterijs vel in quo loco indigentibus  
 fratribus hoc quod habebat aliquis impenderit.  
 Omnium enim christianoꝝ una respublica est: et  
 ideo quisquis christianis necessaria vñilibet eroque  
 rit: vñib⁹ etiam ipse quod necessarium est sibi ac-  
 cepit: de eo quod est christi accipit. Rabanus. Ecce  
 duas vitas hominibus propositas audiuntur. Acti-  
 uam: ad quam pertinet, non occides: et cetera legis  
 mandata. et Contemplatiuam: ad quam pertinet si

vis perfectus esse et c. Actiuam ad legem pertinet. Con-  
 templatiuam ad euangelium: quia sicut vetus nouum  
 precessit testamentum: ita bona actio precedit cōtem-  
 plationem. Item Augu. Neq; tñ illi soli qui vt sint  
 perfecti, vendunt vel dimittunt omnia sua: pertinent  
 ad regnum celorum: sed huic militie christiane ppter  
 quoddam commertium charitatis, subiungitur etiā  
 quedam stipendiaria multitudo: cui dicetur in fin.  
 Mat. xxv. Esuriui: et dedistis mihi māducare. quos  
 absit ut a mandatis euangelicis alienos et vita eter-  
 na separandos iudicemus. Item Hiero. Quod au-  
 tem Vigilantius hereticus asserit eos melius facere  
 qui vtuntur rebus suis: et paulatim fructus possessio-  
 num pauperibus diuidunt: q̄z illos qui possessionib⁹  
 venundatis omnia largiuntur: non a me: sed a deo ei  
 respondebis. Si vis esse perfectus, vade et vende et c.  
 Iste quem laudas: secundus aut tertius gradus est:  
 quem et nos recipimus, dummodo sciamus et prima  
 secundis et tertis preferenda, hucq; Hieron. facit.  
 lxxij. distinct. non satis. Item Benandins de eccl-  
 esasticis dogmatibus. Bonum est enim facultates  
 cum disp̄satione pauperibus erogare: sed melius est  
 pro intentione sequendi dominum, insimul donare:  
 et absolutum sollicitudine egere cum christo. Vidiisti:  
 et audisti: quomodo me contempsti? Operimentuz  
 meum, paupertas spiritus. Sanctius aurum ante pe-  
 des meos qui sunt pauperes, prosterne: inde paupe-  
 res alere: captivos redimere: viuos lapides construe-  
 re, quibus constructur celestis hierusalem. ad hec. xij.  
 quest. j. nolo. et quest. j. aurum. et c. gloria. et ca. multa.  
 Attende ergo misera: quia quanto amplius in terra  
 dilatari voluistanto amplius pauper et miserabilis  
 fuisti: et quum dices, dines sum: et nullus egeo: di-  
 co tibi q̄ tu es mendica: et pauper spiritu idest sine spi-  
 ritu misera et ceca. Apocal. iii. quia non vides nuditatem  
 tuam. sicut Hiero. Thren. iii. in prin. Quando  
 enim eras pauper et humilis in temporalibus: dines  
 virtutibus: te vniuersus orbis adorabat: et vniuer-  
 sa que in pauperes erogabas offerebat. Esa. lx. Om-  
 nies de saba venient. Matth. ii. Et nunc in stercore-  
 bus. Philip. iii. ditata et gemmata, quasi ab omnibus  
 es conculta: et humana facta es in membris  
 tuis minorata. Sic mihi et respondeas mihi. Ubi  
 sunt brachia tua: quatuor sedes patriarchales: qua-  
 rum caput romana est: xxij. distinct. renouantes. extra  
 de primi. antiqua. Quis te colit in oriente vbi sol ori-  
 tur? xxij. quest. j. quoniam. maior pars tenetur a  
 Tertaris idololatris. Alia a Saracenis machome-  
 tanis. Reliqua ab hereticis et schismaticis. Quis de  
 aphrica hodie reverentiam tibi facit? Machome-  
 tus perfidus et magus habitat ibi: non christi fi-  
 des. Ubi est Grecia plantula tua? reuersa fuit: sed  
 et nunc peruersa facta. extra de bap. licet. Ubi Arme-  
 nia maior discipula et filia tua et pedissequa tua? Pe-  
 storius cum suis duplicem in christo personam ase-  
 renſ. xcij. distinct. ca. j. Ubi tertia: vbi et quarta et c.  
 sicut ibi regnat non christi vicarius. Ubi est terra  
 sancta: terra promissionis: quam christus suis pedi-  
 bus consecravit? longe est a fide sancta. Soldanus  
 Bachometi cultor ibi habitat. Ibi nomen dei blas-  
 phematur: facta est hierusalē cum tota ista terra que  
 erat domina gentium post passionem christi sub tri-  
 buto Soldani. Thren. j. Sed et illi christiani qui ibi  
 conueniunt tributarij: vt Greci: Armeni: et Abiani:  
 schismatici et heretici sunt: et apostatauerunt a te: q̄  
 apostatasti a vita mea. Sed quid de occidente, vbi

Eccles di  
 tari cu  
 piés i ege  
 statez cor  
 ruit.

caput habes: et hodie habitas: remanet tibi? vnam  
 partem cultores Adachometi obtinent: reliquam  
 schismatici et heretici: alteram rebelles cui falsi christiani  
 numero non re, fide non vita: quasi residuum  
 vendicauerunt. Here vix hodie habeo christus caput tuum, ubi caput meum sacrosanctum in fide  
 pura que per dilectionem operatur. de penitentia  
 distinct. ut firmum. et cap. circuncisio. reclinem. Adat.  
 viii. Luce. ix. Hoc fecit maxime avaritia et superbia  
 illorum qui presunt vite: et occidunt te filii tui et pa-  
 tres tui. lxviii. distinet. quorum. Ipsi et inimici tui  
 et persecutores tui. Unde et docto tuus nimis be-  
 ne te terrens et pungens, dicebat. Qui animas re-  
 gere suscepserunt: christi opprobria, spuma, flagella,  
 clavos, lanceam, et mortem, hec omnia in forna-  
 ce avaricie conflant: et profligant in acquisitione tur-  
 pis questus. Et idem. Neu domine deus: quia ipsi  
 sunt in persecutione tua primi: qui videntur in ec-  
 clesia tua primatum diligere: et regere principatum.  
 ad hec. xxiiij. quest. iij. transferunt. In paruo angu-  
 lo occidentis vix pure coleris pauper: et tamen dini-  
 tem te vocas. Auxiliu aurum: minorasti gentem:  
 implesti bursam: defalcasti latriza: congregasti equos  
 et arma: et occidisti filios: cogitasti stolidi per pecu-  
 nias et potentiam carnis mundum tibi subiace: non lachrymis et oratione: que sunt arma tua. xxiiij.  
 quest. viij. conuenior: et continentia, que est cingu-  
 lum lumborum tuorum: et iustitia, que est lorica tua.  
 et exemplis sanctorum, que sunt calciamenta tua. et  
 fide, que est scutum tuum, et spe, que est galea tua.  
 et verbo meo, quod est gladius tuus. Eph. vij. Sed  
 propter eas ipse te mundus conculeat: quia mun-  
 danam te aspicit. Remansit tibi solum armatura  
 gladii verbi mei: sed ipso teipsum confodis: quia dis-  
 cis: et non facis: pharisea quodammodo effecta. j.  
 quest. i. non quales. xl. distinct. multi. Predicatio  
 tua contemnitur: quia vita tua despicitur. iij. quest.  
 viij. q. idem testatur. Quomodo enim presides et  
 predicatores tui de medio tui auferre malum poten-  
 runt: qui in delictum simile corrunt? Aut qualiter  
 a te corripere peccantem poterunt: quum taciti ipsi  
 sibi respondeant eadem se admississe que corripiunt?  
 xxv. distinct. primum. Quomodo oratores esse po-  
 terunt castitatis: immundicie patratores? xxvij. dis-  
 distinct. yna. j. quest. j. propheta. xlix. distinct. cap. vlti.  
 Sed et necesse est ut munda sit manus: que diluere  
 sordes curat: ne tacta queque deterius inquiet: si  
 sordida sequens lutum tenet. j. quest. j. necesse. xlviij.  
 distinct. q. necesse. Quomodo secundum Ambro. cle-  
 rici et religiosi possunt in predicationibus et alibi lai-  
 cos arguere: quum ipsis negligentiores: vtinam  
 non celebratores: existant? viij. quest. j. quid au-  
 tem ego. Sed dicendum ibi cum Ambro. Ego au-  
 tem fratres non de omnibus loquor, sunt certe qui-  
 dam deuoti: sunt et alijs negligentes. ego neminem  
 nomino, conscientia sua vnumquemque conueniat.  
 Prelati tui lapidandi: alios lapidant. iij. quest. viij.  
 qui sine. Agunt illa que in alijs iudicant punienda.  
 iij. quest. viij. iudicet. In graibus peccatis positi:  
 aliena nituntur diluere, ea. causa et q. in graibus.  
 Roman. ii. In quo alium iudicas: te ipsum con-  
 demnas: eadem enim agis que iudicas. Unde et  
 Erod. xxij. Aaron ait ad Adoyse. Aurum dede-  
 runt mihi et proieci in ignem: et egressus est vitulus,  
 ubi dicit expositor. Audi sacerdos quia aurum tibi  
 datum est: non enim ex tuo thesauro habes illud:

vel patrimonio: vel labore: sed oblatione fidelium.  
 Sed acceptum aurum in ignem mittere: est in ipsius  
 concupiscentia corda hominum inflammare.  
 Inde vitulus terre cultor sic colitur. Inde studium  
 hoc et cura vehementius terrena colendi et immode-  
 ratius incumbendi huiusmodi lucris: nam etsi ma-  
 gna de contemptu mundi dicantur: plus tamen at-  
 tendant homines quid agatur. hucsq; expositor.  
 In modico angulo occidente vix coleris: et tamen  
 diuitem te vocas. vt dixi tibi. s. eo. ver. in paruo. quin  
 etiam in iurisdictione terre minorata sis. Quam lon-  
 ge iamdiu vie tue a vijs meis fuerunt? Esa. lv. In li-  
 gno et a ligno: vt legisti in ps. regnani. ubi Augu. do-  
 ctor tuus. De cruce sua in qua fixus erat diabolus oc-  
 cidi: et inde rex noster est in paupertate et humilitate  
 et cruce. Num imperium dilataui: et tu semitis con-  
 trariis meos labores cassasti: possessione me filiorum  
 meorum et tuorum pro maiori parte priuasti: et fidei  
 meam et tuam quasi ad nihilum reduxisti in fabu-  
 lam et derisum eam apud exterios conduxisti: et apud  
 laicos propter malum exinde datum grane scandala-  
 lum posuisti: dicentes. Ubi est deus clericorum sic vi-  
 uentium? Quia quod agitur a prelatis: facile trahi-  
 tur a subditis in exemplum: et si sacerdos qui vnetus  
 est: peccauerit: faciet delinquere populum. Levit.  
 iij. extra de vo. et vo. re. magne. q. preterea. Et com-  
 ponitur orbis ad regis exemplum. Et secundum in-  
 dicem populi sic et ministri eius. Et qualis est rector  
 ciuitatis: isolis et inhabitantes in ea. Ecl. x. Sed ex-  
 pecta paulisper: quia tu syon ecclesia speculativa re-  
 nouaberis. Eph. iij. q. Corinth. iij. Ad pugnandum  
 contra bestiam: non armis carnalibus et coronis au-  
 reis: non equitibus et militibus: sed paupertate apo-  
 stolica et humilitate. Nam rursus quis contra il-  
 lum. Antichristum presumptuosum et elatum: qui  
 extolleter supra omne quod dicitur deus: aut colitur:  
 et qui sedebit in templo ostendens se tamq; ipse sit  
 deus. q. Thessal. iij. Dan. ix. pugnare posset precipue.  
 nisi tuum germen: apostolicum fratribus minorum  
 humilium et pauperum: quorum professio ultima hu-  
 militas et paupertas est. Qui in quam principaliter  
 pugnare possent contra crucis peruersum inimi-  
 cum Antichristum: nisi filii patris cruciferi et cruce  
 signati intus et extra almi Francisci: propter quod  
 in principio conuerisionis sue ego ostendi sibi pal-  
 tiuum armis militaribus crucis signaculo insignitus:  
 dixique et sibi fore illa arma sua: et militum suorum.  
 Simicabit ergo humilitas contra superbiam, de pe-  
 nitent. distin. iij. c. j. et. iij. distin. sic achab. Coruet Bo-  
 lias qui robustus interpretatur coram humili Dav-  
 id. j. Reg. xvij. Angelus ascendens ab ortu solis si-  
 gnatum dei viui habens ad literam Ayoc. viij. Franci-  
 scus pugnans cum filiis suis pro ecclesia: prosternet  
 Sennacherib. Esa. xxvj. Humiliabitur Pharaon  
 coram Adoyse. Erod. xij. Funiculus pauperis li-  
 gabit gigantem lux humilis cognoscet bestiam an-  
 tichristum. Apocal. xij. De quo supra in principio  
 istius. q. transfiguratam, quia humili pandetur my-  
 sterium antichristi. Luce. x. Adath. xj. ibi. Reuelati-  
 onis ea parvulis. August. de verbis domini. Nomis-  
 ne sapientum et prudentum superbos intellige: quod  
 ipse exposuit: quum ait. Reuelasti ea parvulis.  
 quid enim non subest parvulis ut humiliibus. Item  
 Gregor. xxvj. mora. Quod enim non subiunxit  
 Reuelasti ea stultis: sed parvulis: tumozem se dam-  
 nasse innotuit: non acumen. Item ibi Hilarius.

Ecclesiastum

Avaritia  
et superbia  
ecclie plu-  
rimu dtri-  
mentose.Arma ec-  
clesiasticaFres mi-  
nores in  
Antichri-  
stu dimi-  
catur.

Pugnā  
di hoc bel  
lo modus.

Celestium ergo verborum arcana atq; virtutes sapientibus absconduntur: et parvulis reuelantur: parvulis malicia non sensu. *J. Corinth. xiiij.* sapientibus vero, non stultie sue presumptione: non prudētia carnis. Alij obtenebrati a propria superbia (quia secundum August. tumor claudit oculos) non cognolcent eum: et adorabunt eum. Sponsa christi mater ecclesia victoriosa tandem in humilitate et paupertate quiescat: et finiet dies suos: quia quies in vera paupertate est. Unde Hierony. *Sinuitias habuisti?* requiem perdidisti, dum vigilas: augmentum diuitiarum cogitas: dum dormis: latronem somnias: in die sollicitus, in nocte pauidus: et sic semper mendicus. Nos ergo in hoc bello durissimo et obscurissimo, vbi iam queritur, vbi est christus *Matt. xxv.* certemus viriliter et tamdui capiti nostro lapidem supponamus cum Jacob *Genes. xviiij.* angularem. *ps. xvij. j.* Pet. *j.* christum Iesum, cuius precipue character humilitas pauperitas et charitas est. Et cum eodem Jacob glacie et gelu, nocte et die affligamur et esu. *Genes. xxxi.* Et cum eo simus simplices: et in paupertatis et quietis et contemplationis tabernaculis habitemus. *Genes. xv.* Et frugales simus cum eo de rusa lenticula non curantes. *Genes. xxv. xlj.* distinct. c. *j.* ut ibi. Et circumueniemus cum eo Elan dictum Edom. i. sanguineum germanum nostrum. *pre. cap. xxv.* Larinem nostram sanguine immundicie defluentem. Et Laban. *Genes. xxx.* qui candidus interpretatur id est mundus: qui exterius candidus apparet et speciosus. Sed dicitur Proverb. *vltim.* Fallax est gratia id est amicitia mundi: quia non est nisi proditio. quoniam sicut iudas, tradit in mortem quemcunq; oscularatur osculo dignitatis et prosperitatis. Et vana est pulchritudo scilicet mundi quia scilicet cito enanebit et deficit ut sumus. Et Emor. *Genes. xxxiiij.* qui interpretatur amaricans id est diabolum amaricantis id est peccatoribus amaritudinem pene et conscientie inducentem. Unde de egyptiis legitur *Exo. j. q.* amaritudine perducabant vitam filiorum israel operibus duris luti et lateris. Insuper tamdui luctemur cum angelo magni consilii christo domino cum eodem Jacob. *Genes. xxxij.* *Ela. ix.* precibus et fletibus ne deseramur ab eo. Unde et super *Ela. xlj.* dicit glossa. Quia Jacob precibus pugnauit cum angelo: non manibus. Volebat enim angelus qui custodiebat eum in peregrinatione recedere, sed ipse detinuit eum per orationem. Unde Osee. *xij.* Invaluit contra angelum: et consortatus est. Fleuit et roganit his brachij duobus, scilicet fletibus et precibus debemus cum domino luctari donec emarcescat, ut Jacob femur nostre carnalitatis: et benedicit nobis. *Marc. vlti. j.* quest. *j.* dominus. Et mutet nobis nomen Jacob supplantantis vitia, in nomine israel contemplatini effecti celestium gaudiorum. *Genes. xxxij.* Contemplemur etiam statum presentis ecclesie, et que sunt in ea: et que oportet fieri cito per angelum suum signatum Franciscum, habentem in manu euangelium eternum: in ecclesia sancta dei et ordine suo prostratis: quam iussu dei doctrina fidelissima vita mundissima innouabit et renouabit: et se ergo tau et significabit Ezech. *ix.* et armabit se ad pugnandum et expugnandum draconem magnum satananam. *Apocalip. xx.* flammas igneas auaricie, zenodoxie, inuidie, et immundicie in christi ecclesiam euementem: et de abysto: id est

populo infideli antichristum ascendentem. *Apocal. xj.* primam bestiam: et aliam bestiam ecclesiam infidelem que erit corpus eius, sequentem. *Apocalip. xiij.* cuius caput ipse homo peccati. *j.* *Thessal. iiij.* erit: quam dominus il. ius in pugna illa interficiet spiritu obris sui. *j.* *Thessal. ij.* spiritu apostolico, a spiritu sancto insculo: ex quo spiritu omnis virtus apostolorum et virorum apostolicorum, maxime fratrum nostrorum verorum non factorum: quia spiritus sanctus effugiet factos. *Sap. j.* Deinde regnatura est sancta sponsa: vox traducta: ecclesia renouata per secula infinita. *Apocalip. xix.* Quia generali renouatione: nec puto longe existente: quia iam in mundo videtur esse omnis malitia et immunditia consummata: quislibet se renouet in spiritu mentis sue. *Ephe. iiiij.* et induat nouum hominem *Ephe. viij.* qui secundum christum creatus est: ut quum venerit dominus et pulsauerit ianuam: confessum aperiat ei. *Luce. xij.* vbi Gregor. in homilia. Venit quippe dominus quum ad iudicium properat: pulsat vero: quum iam per egreditur molestias esse mortem vicinam denuntiat: cui confessum aperimus: si hunc cum amore suscipimus: et dicamus ei: Lupio dissolu: et esse tecum. ad *Philip. j. cap.* Et te facie ad faciem nosse: et loqui tecum sicut amicus amico suo. *Erod. xxvij. j.* *Corinth. xiij.* Etiam scire secreta tua infelabilita: que omnia mihi nota facies: que non licet homini loqui. *j.* *Corinth. viij.* Etiam edere in mensa tua pingui. *Luce. xxij.* vbi Ambro. Non victus et potus presentium loco spondetur: sed communisatio glorie celestis. Ut secundum Bedam, mensa proposita ad fruendum omnibus sanctis, celestis est gloria in qua te esuriunt et sitiunt iustitiam: et saturabuntur fruendo desiderio boni veri. Et bibere de cella tua vinaria. *Caen. j.* Et recumbere supra pectus tuum. *Joan. xij.* vbi *Beda.* Quod autem in sinu et supra pectus recubuit: non solum fuit presentis amoris indicium: sed etiam future rei signum. qd scilicet inde vocem sumeret: quam postmodum cunctis seculis inaudita, scilicet In principio erat verbum. *Joan. j.* emitteret. Item ibi August. Per sinum enim quid aliud signatur: quā secundum? hic est utique pectoris sinus sapientie secundum. Et edere: et sitiare. *Joan. iiij.* et viij. et sumere de mero et musto: in quo non. *Ephes. v.* extra de iure. et si christus. est luxuria. *Actu. ij.* Et accumbere in cubili tuo. *Luce. xj.* vbi cubas in meridie. *Cant. j.* et dormire somno suauissimo tecum: et requietescere. *Marc. xiij.* Et recipere a te transeunte coram me ministracionem tuam. *Luce. xij.* *Gregor.* in homilia. Dominus cozam nobis post iudicium transfit: qui ab humanitatis forma in divinitatis sue contemplationem nos eleuat. Et pasci in montibus tuis yberrimis et viridibus. *Ezech. xxxijij.* Et comunicare tecum omnia bona ineffabilia. *Luce. xv.* Et ingredi et exire ad te: et pascua inuenire. *Joan. x.* Theoph. Que sunt autem hec pascua: nisi delectatio futura et requies: in quam nos dominus introducit? Et frui te: et absq; intercapidine tenere te: et intrinsecari in te: et intrare in te: et esse totus in te: et deificari in te: et regnare in te. *Matt. vij.* Cyprian. Nostrum regnum petimus aduenire ab eo nobis res promissas: et christi sanguine acquisitus: ut qui in seculo ante seruimus: postmodum christo regnante regnemus. Item Aug. ad Probam. Regnum namque dei veniet sine velimus sine nolimus: sed desidea-

rium nostrum ad illud excitamus: ut nobis veniat: atqz in eo regnemus. Et preterita & presentia, quia futurum deficit, contemplari in te: & purissime & sincerissime amare me propter te: & te plus quam me: quia non diligam me propter me: sed propter te: qz totus ero vniione gratie in te: & tu in me: quantum potest capere creatura. Quia etsi facie ad faciem videbo te. j. ad Corin. xiiij. & similis tibi ero: & videbo te sicut es. j. Joan. iii. Non tamen immensitatem tuam inuisibilem videre potero: quia finitus sum: quia creatura sum: non creator. Unde etsi facie ad faciem videbo te sine aliquo medio pleno & perfecto modo: non tamen secundum illam plenitudinem: secundum quam tu vides te infinite infinitum: nam essentia tua infinita a nullo plene videbitur: licet plene & perfecte cognoscetur. Et tunc ero non quidem essentialiter deus: sed nuncupative & vnitive: quia dixisti in ps. lxxij. Ego dixi dñi estis. Et Joan. x. Nam & factus es homo. secundum Aug. vt fierem deus in te deo: qz qui adheret tibi: vnu spiritus est tecum: vniione gratie, non nature. j. ad Corin. vi. extra de summa trini. c. iij. S. verum. de co secr. distinct. iij. in christo. Et tunc quicquid vis, voluntas: & adimplebitur in me voluntas tua: nihil enim impurum erit in me quia purissimus ero in te: nullum meum desiderium erit nisi in te: quia desiderasti me: quid enim desiderare possem extra te qui ero totus in te: & desiderium tuum in me. qui es desiderius collum eternorum: Gene. xlxiij. Et qui es desiderius animarum. ps. xlj. Sed quid est verum desiderium: nisi desiderare & habere te: qui es omne bonum? Exod. xxxij. & in quem desiderant angeli prospice re. j. Pet. j. Anima mea imago tua. Gene. j. xxxij. q. v. hec imago. refigurabit te. tota erit deiformis in te: quia reparata est in te, & per te omnes partes eius frumentur te. ratio eius cognoscet te verissime: quia in te lumine, de patris lumine, in symbolo credo. certissime & plenissime cognoscet te deum suum. memoria eius tenebit te. nec dimittet te. nec perdet te. Lai. iij. nec cadet a te voluntas eius, amabit te, gustabit te, potabit te, satiabitur in te. & ultra Apocal. viij. Non esuriat nisi te, satiata de te, & repleta te: sed & caro mea & cor meu exultabit in te deo viuo. ps. lxxij. Non erit in carne mea languor nature: qui dicitur lex concupiscentie. de cons. di. iij. c. non ex quo. Et lex peccati. Ro. v. e. di. c. iij. Non dicetur ultra corpus peccati: nec corpus mortis: nec habebit legem contra riam spiritui suo. ad Rom. viij. lxxij. q. v. si paulus. & pre. c. iij. Nec cupiet spiritus dissolui a corpore, & esse eum christo. Iohil. j. extra de renun. nisi. S. porro. quia vtrunque est cum te christo: & quia facta est plenissima pac inter vtrunque in te christo pace nostra. Eph. iiij. fecit vtraqz vnum. vt dicant: Ecce qz bonum & qz iocundum habitare fratres corpus & animam in vnu. ps. cxvij. z. xij. q. j. c. i. spiritum & carnem in vnum consensum visionem & gustum concordissima vnitate videntes te: & amantes te: indissolubili & perpetua charitate. Osee. xj. O patria beata. O beatissima trinitas consecrata. O sanctorum ciuium societas desiderata. O sanctorum ecclesia christo sposo & domino semperernaliter copulata: & cum ipso beatissimo beata. In te erit plenissime mea tota destitutio reformatarum compago in tuo thalamo collocata: nuptiarum beatarum copula consummata. Apoc. xix. Confortemur igitur humiles christi serui in deo nostro fine nostro. satisfaciamus sinterisi, superior pars raz

tionis est nostre. succumbat coram ea totaliter sensualitas. extra de sum. trini. fidei. Glossa Joan. an. de sen. sita. in clemen. & de here. ad nostrum. S. iij. & in gl. que est clemen. nostra possideat ratio regnum nostrum. Purificemus intellectum & affectum ad aspetum sponsi. Mat. v. Faciamus pacem nobiscum in diebus nostris, non scandalizetur membro nostro: alias abscondatur, non materiali gladio: sed rationis iudicio. Mat. xvij. Sensitiva nostra & imaginativa ante oculos nostre iaceat rationis: Ratio prospiciat intellectum. Intellectiva introeat in potentias dñi: vt sic affectione nostre potentie intellectuales ducat vitam angelicam super terraz: vt etiam in hoc tabernaculo sepe facie dñi videam⁹ qui in celis est. Mat. xvij. de cons. di. iij. prima quidem. in fine.

Quare schismatici recedunt ab ecclesia & maxime tempore domini pape. Jo. xxij. Quod non debemus iudicare papam: nec publice nec priuatim. Cap. 68.



Um autem superius. lxxv. c. contra schismaticos late scripsit, & iurisdictionem generalem paleam dñi Jo. xxij. cuius tempore fuit schisma: fundauerim & roborauerit declaratio. Num cum stupore querenduz est quo modo illi tot in Italia & in Alemania se ab eis obedientia subtraxerunt: & cum predicto Bauaro se pro imperatore gerete, & Petru de coruaria predicto, Petri cathedram viuentem predicto papa Joanne legitimo usurpante schisma fecerunt. Ad quod respondeo qz quidam de predictis schismaticis affectati carnaliter, quia non erant predicti bus loti: qz secundum August. pedes anime affectus sunt. Joa. xij. Quidam mundi concupiscentia & luxuris illecti. xj. q. iij. quatuor. Quidam indignati, & ad iram pronocati. xj. q. iij. illa. & c. ira. & c. cum apud. Quidam timore servili perculsi. xxij. q. vi. S. ex his. Quidam crassa & supina ignorantia occecati & errore. extra de cle. excom. aplice. Quidam cauteriata conscientia oppilati: dicentes se esse simplices: quum sint astutia diabolica repleti. xxij. di. in nole patris. Quidam sinteresina conscientia insatuati. extra de simo. per tuas. iij. Quidam (qz celestius est) fide corrupti: ter ab ipsis dñi pape Joan. obedientia recesserunt: parviperentes sententias eius: & dictis Petro & Bauaro adherentes: ligati enim amplius ligari non formidant. xj. q. iij. excellentissimus. viij. q. ii. de viro. vt qui in sorribus est, sordecat adhuc. Apocal. vlti. lviij. dist. quantumlibet. Peccatores enim quum in profundum malorum venerint: contemnunt: extra de iudi. cum non ab homine. S. si. sequentur miseri tales patrem eorum satan diuidentem empyream hierarchiam: cum quo nisi redierint, ad inferna descendenter. quod absit. de penit. dist. iij. si enim ad si. Sed nos cum sponso ecclie dei vicario quisque fuerit bonus vel malus, immobiliter maneat: quia in eius sede christus sedet: & eius vicarius loco eius. extra de transla. quanto. Qui superiorem iudicat, necesse est vt ab eo se diuidat: primo mente, deinde corpore: oēm. n. divisionem precedit cordis & oris iudicium. Mat. aut iudicij priuati supbia est. Un & fm Climacū doctorem grecum: Judicare est irreuerens rapina dei dignitatis. Preterea dicit

dominus Luce. vi. Non iudicare. Compatiatur ergo schismaticis: sed non sequamur eos: nec superiores deseramus: maxime supremum papam scilicet iudicando, nec ab eo nos diuidendo. Nolo ponere os in celum. xj. distincti nunc autem, nec bestia montem tangam. Exod. xix. Non mittam manus in chistum domini: nec precidam per schismata oram chlamydis potestatis eius. chlamys enim protestas intelligitur. scissio schisma. ij. q. viij. s. his ita rati detur. sub. s. de his. vbi ponitur historia libri Regum. j. xxiiij. de hoc etiam. j. quest. i. sacramenta. Nec cum Dza robusto id est superbo arce inclinare id est prelato criminoso, manus apponam ad erigendum id est corrigendum: ne a deo percutiar. ij. Regu. vij. pre. s. his ita. Non reprehendam seniorem meum, primum patrem senum omnium. j. ad Timo. v. v. q. viij. paulus. Non detegam cum Cham instrunto et effronti verenda patris mei: sed cum filius pudoratus cooperiam eum: ne videam vereundiam eius: et nudum eum operiam ne maledicar. Bene. ix. xvij. distinct. in scripturis. Non persequar patrem meum cum Absalonene tribus sagittis inobedientibus, ingratitudinis et infidelitatis Joab qui interpretatur inimicus id est diaboli inimici hominis. Matth. xiiij. confodiar. ij. Regum. xvij. Non ero inobediens patri Heli: qui interpretatur deus meus id est pape: qui stat loco dei. extra de transla. inter. z. c. quanto. ne bello inteream id est in anima peream in hac vita que est militia super terram. Job. viij. de peniten. distinc. ij. si enim. historia. j. Regum. iiiij. extra de simo. licet heli. xlviij. distinct. s. necesse. Non ero de generatione maledicenti pape et matre ecclesie. Proverb. xxx. ne morte moriar morte sempiterna. Levi. xx. Non ero contumax imperio patris pape et matris ecclesie: ne lapidibus obruar populi demoniorum. Deuter. xxi. Non murmurabo contra Moysen qui tenuit regnum pape regentis vniuersalem ecclesiam. de peniten. distinct. iiiij. inter hec. sicut ipse rex israel. q. murmur contra papam maxime contra deum est: cuius ipse vicarius est. ad hoc Exo. x. vij. Nec inquam murmurabo contra Moysen id est papam: quacum ducat ethiopissam id est deum ostendat: ne lepra mortali susfundat. Num. xii. xxiiij. quest. ij. hoc ipsum. ij. q. viij. s. de his. versi. his ita. l. distin. s. econtra. Nolo absorberi a terra cum Batan et Abiron schismaticis. Num. xvij. j. q. i. si quis inquit. viij. quest. j. deniq. extra de elec. licet. Nolo separari ab area vslq ad ultimum vestitulum: ne a cornu deuoreret. ij. quest. j. multi. ij. q. viij. non omnis. Non exeat pisces de Petri sagena vslq ad litus. Matth. xiiij. xvij. q. viij. c. i. Non transmigratus in montem Belboe: vbi non est ros deuotionis: nec pluia compunctionis et plorationis id est extra ecclesias. ij. Reg. j. sicut passer impudicus. ps. x. Non mutemus fidem in idolum: quia idolum nihil est. j. Corinth. x. Non sumus corui extra arcum manentes: sed columba, ad eam reverentes. Bene. viij. extra de sacra vnc. c. j. s. penulti. Simus in petri nauicula vslq ad portum: non nocebit nobis Judas proditor ibi nauigans, si non fuerimus ei similes. xxiiij. q. j. non turbatur. j. q. iiiij. homini. Non separemur ab ouili quod est unum. Joan. x. extra de bap. licet. ne sicut ouis errabunda pereamus. ps. cxvij. et luporum esca fiamus. Adoriamur in nidulo nostro. Job. xxix. et cum turture ibi pullos nostros reponamus. ps. lxxij. cum lectulo nostro in infirmitate nostra eamus in domum nostram, ecclesiam nostram.

Matth. ix. Non calefiet pullus nisi sub alis galline. Matth. xxiiij. Non resuscitatur lazarus a mortuis, peccator a peccatis, que mortuum hominem faciunt: a vita gracie de peniten. distin. j. s. hoc idem. ibi. resuscitatus: nisi in bethania ecclesia domo obedientie. Joan. xj. Nec extra eam vere et ad salutem Martha ministrat, nec Maria contemplatur. Lue. x. Arrius, Sabellius, Bonatus, et Hacedo: et ceteri heretici de quibus. xxiiij. quest. ij. quidam ecclesiam dividunt: Petrus vnit. xxiiij. quest. j. loquitur. Non communico Grecie: quia acephala est. xcij. distinct. nulla. Non Armenie: quia schismatica: quin potius heretica est. Non orientalibus quia occidit eis sol. xxiiij. quest. j. quoniam. Non Guelphis et Gbellinibus italicis: quia eis sol in occulum est. Ecclesia non habet partem. Ecclesia non recipit divisionem pre. c. loquitur. Vestita est ecclesia auro. ps. xlviij. Eructavit. Percutitur: sed dilatatur. xij. quest. j. futuram. in prin. Frangi non potest nec rumpi. Igne tribulacionis purgatur. de peniten. distinct. ij. si enim inquit. vltra tres colum. versic. sedet. ps. xvij. Igne me exanimasti. Num. xrx. Omne quod potest transire per flammam igne purgabitur. j. Corin. iiiij. Unde Grego. Quisquis appetit plene virtus evitare: studeat humiliter purgationis sue flagella tolerare: vt tanto post mundior. adinuicem veniat: quanto nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. Impium est et infidele dicere, pars ecclesie: sicut dicit Guelphi: qui se dicunt de parte ecclesie. Bonatus et Arrius et ceteri heretici partem faciunt. xxiiij. quest. vij. vides. Nam vna sponsa christi, divisionem vnitatis non caput. xxiiij. quest. j. loquitur. z. c. schisma. Unde qui de parte est, de ecclesia que vna est et totum, non est. In articulatum fidei orthodoxe impingit, scilicet et vnam sanctam catholicam ecclesiam, qui eam partiale facit. Quomodo potest corpus christi quod est ecclesia, dividiri. xxiiij. q. ij. pro membris. et quest. v. de ligibus. Nec caput a corpore absindendum est, extra de prescrip. cum non licet. nec membrum de corpore: alias exanimi fieret: et vita non vineret. xxiiij. q. viij. quemadmodum. in prin. Qui divisit ecclesias triumphantem, ille idem draco dividit et militantes. Apocal. xij. ibi. Et ecce draco qui vocatur diabolus et satanas qui seducit vniuersum orbem. vt. e. c. dicitur. ibi. Et cauda eius trahebat tertiam partem stelularum celi id est angelorum. de quibus etiam dicitur Job. xxvij. Quis dimisit lapidem quum melauident simul astra matutina? Ut vnum christi duile. Joan. x. disperdat: et oves a pastore discedant: et ipse draco eas diuinas deuoret. j. Pet. v. circuit, querens quem deuoret. Esa. lvj. Omnes bestie agri veniente ad deuorandum: vniuersae bestie saltus, speculatores eius ceci omnes. Intueamur ergo oculo fidei vnam ecclesiam sedem eius, dignitatem eius, que non peccat. peccare potest qui stat in ea: quia homo est, de peniten. distinct. ij. si enim. sed non passa priuatur ea. vt in princip. istius operis late dixi. viij. c. Compatiamur ecclesie tribulante: sed adhaeremus ei supra firmam petram christum solidate et fundate. Mat. xvij. xix. di. ita. et extra de elec. fundamenta. in prin. lib. vj. Pro ea rogauit sponsus vt non deficeret fides eius. xxi. dist. s. j. in fi. exaudita est oratio filii: qd semper pater eius exaudit. Joan. xj. vbi Chrysostomus. super verbo illo: Pater gratias ago quoniam audiisti me. hoc est nihil mei contrarium ad te. Ut autem ostendat quoniam non indiget oratione: subiungit.

Ecclesia divisionis et expers.

Ego autem scribam q̄ semper me audis. q.d.ad hoc  
q̄ fiat voluntas mea, non indigeo oratione: ad hoc  
q̄ tibi suadeam: vna enim voluntas nostra. Item  
Hilarius.iiij.de trini. Non igitur prece eguit: nobis  
oravit: ne filius ignoraretur. sed propter populum q̄  
circumstat, dixi: vt credant quia tu me misisti: quum  
enim non proficeret sibi deprecationis sermo: ad pro-  
fectum tamen nostre fidei loquebat: non ergo inops  
auxiliū est: sed sumus inopes doctrine. Titubare po-  
test ecclesia: tempestatisibus allidi. xxij.dist. in nomi-  
ne. sed salua nomine sponsi permanebit. Digne per-  
cutitur: quia plurimum extra amplexus sponsi gra-  
ditur. Benignata est eius facies sicut nigredo olle.  
Thre. vitim. Facies combuste vultus eius. Esa.iiij.  
quia non respicit: et sequitur sponsum candidum et ru-  
bicundum. Læn.v. Inclinata est deorsum ad terrena  
et ideo non potest sursum respicere graui infirmitate  
gibbosa. xlj.dist.hinc etenim Lu.xij.ibi. Basilius.  
Bruto: um siquidem caput humi deslexum est: ter-  
ram cernit: caput hominis erectum est in celum; oculi  
superna conspicunt. Conuenit enim eum querere  
superna: transcedere terrena intuitu. facit pre.c.hinc  
etenim m.versi.gibbosus. Gibbosus vero est quem ter-  
rene solitudinis pondus deprimit, ne vnq̄ ad sup-  
na respiciat: sed solum in ijs que in insimis calcatur  
intendit et c. Post amatores suas vadit. Osee.ij.quia  
vnnum sepe sponsum legitimum derelinquit. Quinq̄  
viros concupiscit. Joan. iiij. quia peculeos sensus  
carnaliter nutrit. Si legitimum virum vocaret im-  
pudicos sensus, intellectus et ratio superaret nimis.  
Terrenum regnum querit: sed regnum sponsi sui no  
est de hoc mundo. Joan. xvij.quod supra. xxvij.ca.  
S.ad illa. versicu.ij.diligenter exposui. Elenauit se: et  
indurauit se: humiliauit se. Lu.xij. et. xvij.sed spons-  
sus eius exinanivit se: et exaltauit se. Phil.ij. In ma-  
gnis: et mirabilibus super se ambulat. ps. cxix. sed  
sponsus eius se humiliat et administrat. Luc. xxij.  
Matth.xx. Minis gladio vtitur temporali. sed di-  
cit sponsus vicario suo, mitte gladium in vaginam.  
Matth. xxv. xxij. quest. j. S. l. hic. supra. xxvij. et  
pij.cap.exposui.ij.quest. vij.S. his ita respondetur mi-  
racula et c. Multas pecunias habet et congregat. xij.  
quest. vij.aurum. sed sponsus in pandochio nascitur.  
Luc. ij. Mannis semicinctis vtitur et induitur vt  
ibi. et sponsus non habet vbi caput reclinet. Marc.  
vij. Luc. ix. nisi in cruce. Joan. xij. et mendicus est  
et samet. Matth. iiij. et egenus factus est. ij. ad Co-  
rinth. viij. et sitit. Joan. xij. et in alieno sepulcro quie-  
scit. Matth. xxvij.ibi. Et posuit illud in monumen-  
to suo nouo. vbi August. Ideo autem salvator in alie-  
na sepultura ponitur: quia pro aliorum morieba-  
tur salute. vt quid ergo propria sepultura egebat: qui  
in se mortem propriam non habebat? Gen. viij. In  
zona non portat neque pecuniam neq̄ perā. Mar.  
x.Luc. x. Non habet vnde soluat tributum: sed Idem  
mittit ad mare vt de ore piscis tollat staterem.  
Matth. xvij. xxij. quest. j. est aliud. Sed quan-  
tumcumque rugae et macule apparent in membris  
sponse: nunquam tamen ab ea sponsus separabitur:  
quia in fide perpetua despousauit eam. Osee.ij. xxvi.  
distinct. cap. ij. Sed q̄uis filij sint rugosi et maculosi  
plurimi: ipsa tamen in se est sine macula et ruga.  
Ephe. v. xxij. quest. iiiij. recurrat. quia sponsus eius  
in sancto habitat. ps. xxvj. quicunque sit ille ideo  
non debemus ab ecclesia separari: in qua sunt miseri  
filii Agar cum filiis Hare: vt pre. cap. recurrat. Je-

busei id est concutantes scilicet mali persequentes  
cum filiis suis israel. xij. quest. iij. nolite. Et creda-  
mus veraciter q̄ istius ecclesie militantis caput et  
sponsus est christus. ad Col. j. Eph. j. Joan. iiij.extra  
de sacra vnc. c. j. qui reprobata synagoga scilicet Ha-  
sthi que interpretatur definitio consummata. Hester  
ecclesiam q̄ interpretat eleuata sibi humile copula-  
uit. Hester. ij. supra cuius ecclesie caput regni spiri-  
tualis et temporalis posuit diadema. Et si dicatur  
nobis: christus est alibi; nolumus credere. Matth.  
xxij. quia vere dies venient in quibus spiritus me-  
dax et factus spiritus in ore habens et cor impietate  
plenuz dicet se spiritu veritatis. ij. Reg. xxij. et mul-  
tos seducet. Et sp̄s otra spiritu dimicabit: et magis  
carnalis reuera spiritus alium carnalem spiritu ap-  
pellabit, et q̄ verum dicat multas pro se presum-  
ptiones habebit: et vt possit diuidere. Sed qui cu ec-  
clesia que communiter dicitur ecclesia non colligit:  
spargit. Matth. ij. Luce. xj. xxij. q. j. qm. et c. schis-  
ma. Et qui pape qui communiter habetur papa no  
obedit: nec de ecclesia est. xcij.dist. qui cathedram.  
Qui etsi me percutiat: me anathematizet, et occidat  
non separabor a charitate eius. Rom. viij. quia do-  
minus meus est: pater et deus in terris: qui constitu-  
tus est a deo in hac egypto deus Pharaonis. Exo.  
vij. in prin. Si bene iudicat veniam petam: si enor-  
miter et male: sufferam. xij.dist. in memoriam. cap.  
dist. contra morem in princ. xj. q. iij. S. cum ergo  
sententia. Job. xxxvij. quia christus male iudicatus  
est. j. Pde. i. in si. sed ab eo no rceda: q̄i alia ecclesia  
neq̄ caput habeo ad quā cōfugiam. ix. q. iiij. alior. in  
si. Et in temestate presentis diluui aquarum mul-  
tarum tribulationum, ad christi vicarium et eius ec-  
clesiam approximabo: nec inueniar extra arcem ne-  
peream ab vndis et fluctibus temptationū Charyb-  
di et Scylla et scropulis alijs interceptus. Igitur  
attendendum est isto tempore fermentato etiā a fer-  
mento quorundam hereticorum dicentium sicut. S.  
dixi nunc claves ecclesiae non habere. Sacra-  
menta non posse conferre: quia excommunicata et priua-  
ta iurisdictione est. Et q̄ papa potest iudicari ab im-  
peratore: sicut christus a Pilato et Lesare. Et q̄ pre-  
sbyter tantum habeat potestatem quantam papa.  
Et q̄ vacante papatu imperator succedit iurisdi-  
ctioni pape. Et q̄ ecclesia non potest habere tempo-  
ralia. Et q̄ christus quando ascendit celos, vicariū  
non dimisit in terris. Quod autem claves sint apud  
bonos et malos ab ecclesia toleratos: et q̄ vera sacra  
metā etiā mali et etiam heretici conferant: quātū ad  
characterem: late. supra. lxv.ca. S. ceterū q. vbi pre-  
dicta et lucide disputauit. materia aut tractat hic. j. q.  
j. S. sed obiectit. vñq̄ ad. S. ecce si clericus. et quasi p-  
totam illam questionem. et per xv.cap.de conse. dist.  
iij.a.c.hi de quibus: vñque ad.c. quos a paganis: in-  
clusiue. t. iij. q. viij. S. fi. Quod vero papa vel eccl-  
esia vel clericus quilibet ab imperatore iudicati non  
valeat: s3 contra. S. v. c. t. xliij. c. vers. sed contra: simi-  
liter latius dixit: quia: papa a deo non ab homine  
iurisdictionem recipit: et ab eo solo iudicandus est.  
ij. q. iiij. a. S. solo. vñque ad si. q. Tum quia imperator  
inferior. xcvi. di. si imperator. t. c. cum ad verum: ex-  
tra de ma. et obe. solite. xxj. dist. inferior. Tuz quia est  
imperator vicarius pape in temporalibus extra de-  
elec. venerabilem: quia a papa recipit imperium, et  
tenet: vt. S. dixi. Et vicarius non iudicat illuz a quo  
iurisdictionem habet: quia vna iurisdictione censetur.

Pullus  
cleric⁹ po-  
test ab im-  
peratore  
iudicari.

Vtriusq; et consistorium: extra de ap. Romana. Et nemo se ipsum in foro contentioso et sacramentali est iudicare potest. concor: ponuntur extra de iur. pa. per nostras: extra de iudi. cum venissent. xxij. di. nunc aut glo. si. Cum qz imperator filius est ecclesie: et non pa ter. xcij. di. si imperator. pater vero filius corrigit no econtra: vnde et lex erubescit filios esse correctores patrum: in aut. de nup. &. si vero xxij. q. iii. dispiet. versi. voluntas. Marab. viij. xlvi. di. &. Salomon. cxvj. dist. quis dubitat. Cum qz imperator imperium te net ab ecclesia sicut vasallus fidelis. lxij. dist. tibi domino: extra in clem. de iure. Romani principes: s; vasallii respondent sub iudicio dominii: non econtra: extra de iudi. ceterum. facit quod no. de foro compe. veru. glo. si. et quod legitur: et no. xxij. q. v. de forma. Cum quia imperator aduocatus et defensor ecclesie extra de elec. venerabilem. xvi. di. si imperator. et ca. in scripturis. xj. q. ii. sacerdotibus. Cum quia imperator gladium recipit ab ecclesia. vt. s. in. prin. istius operis probauit: sed qui gladium ab alio recipit: non illum a quo recipit percutit: aut iudicat cum eodem ad quod bene facit quod legitur et no. xcij. dist. si imperator. ibi. Et contra illius beneficia pugnare videatur a quo propriam consecutus est potestatem. facit etiam quod legitur et no. extra de na. ex li. ven. c. j. optime quod legitur et no. extra de postu. c. vlti. in glo. vlti. Tuz qz papa non homo simpliciter s; quasi deus in terris est. ps. lxxij. Ego dixi dij estis extra de transla. c. ii. et c. quanto. et vt ec. bene. cap. j. sed homo deum non dijudicat: sed econtra. ix. iij. alio. u. Tum quia Moses et Josue et Samuel qui typum tenet papae: sicut rectores populi generales iudicant populum. Exo. et Josue quasi per totum. i. Regu. viij. non econtra. Cum quia papa non est de foro. imperator: nec ratione papatus: quem non tenet ab imperio: sed a deo. Joan. vlti. xxj. dist. in nouo: nec ratione aliquius rei terrene qz imperatore teneat. Nam esti imperator donationem fecit ecclesie de multis temporalibus. xcij. dist. Constantinus. Ipsam tu donationem liberam fecit: nec fecit eum feudatarii suu. aut emphylactam: aut vasallum. lxij. di. ego lodoicus. xvij. qd. j. &. nouarum. et l. placet. xxij. qd. vlti. &. quanis. l. scimus. Que donatio valida et perpetua est: et no. pre. c. ego lodoicus. Si ergo papa non est de foro eius: ad iudicari non potest per eum: vt extra de fo. compe. per totum. et xj. q. j. in primis: et extra de re iu. c. pastoralis: in clemen. si. de iuris. om. iudi. l. vlt. extra de offi. le. nouit: extra de consti. vt. animarum. &. si. lib. vi. Tum postremo quia nedum non super papam christum dñi: sed nec super aliquem clericu. po testas aut iurisdictio datur cuiuscum laico: qz sunt clericis inferiores laici et eis infestivt. ij. q. vii. in primis xxij. c. vlsq; ad. &. ex his extra de accusa. cu. & extra de consti. ecclesia sancte Marie. extra de re. ec. non ali. cum laicis. xcvi. di. bene quidem. xj. q. j. in primis xv. c. vlsq; ad. &. cum ergo. Tum quia hoc quod iuris erat de facto et sancta consuetudine et debita res uerentia. hoc oes reges et Romani principes serua uerunt. xj. q. j. sacerdotibus. xcvi. dist. in scripturis. xvij. dist. &. hinc est. Quod autem obiectur ab here siarcha nouello. Marsilio Haddouano qz Pilatus iudicauit christum: sic et imperator papaz iudicare potest. Respondeo qz non iudicauit ipius tamqz personam publicam: aut preeminentem dignitate: sed tamquam personam priuatam accusataz sibi a principalibus synagoge et populo iudeorum tamquam

malefactorem qui in hoc erat de foro Cesaris et suo: qui erat preses in iudea pro imperatore. Unde idez Pilatus ait. Luc. xxij. Obstulisti miliz: hunc hominem quasi hominem priuatum: non pontificem: non in dignitate constitutum: et ecce ego coram vobis interrogans. nullam causam inuenio in homine isto. Tunc enim christus non tenebat personam papae: s; simplicis hominis coram suo iudice accusati. Unde nec in hoc papa christo succedit. succedit enim christo in potentia. non in accusatione maligna facta de deo. Immo qz si coram Pilato fuisset unus de tem pli pontificibus accusatus. dixisset qd dixit de christo. Accipite eum vos: et fin legem vestram iudicate. Jo. xviii. Clericis ergo vulpecula Marsilius paduanus allegavit literam euangelij que ipsum occidit. ij. Coz. iii. non intellectum verum spiritualem: et etiam literalem qui vtinam ipsum conuersum vivificet. Sed nec accusatores christi iudei ipsum accusauerunt Pilato ut pontificem vel scribam: sed ut quendam populi deceptorem: vnde dicunt. Hunc inuenimus subuententem gentem nostram. Luc. xxij. Exemplum ergo lupi rapacis non procedit: qz si imperator iudicaret papam. non iudicaret ut Tatum vel Seimprohium vel priuatum alium: sed ut papam: et ad hoc ille impius hoc exemplum allegat. Et si ille sciolus verus sciens esset in scripturis diuinis: vel si non dissimularet se sciens sensum et intellectum verborum euangelij acciperet. et non solum. i. q. j. mar chion. Preterea quomodo non erubescit tale exemplum adducere: quuz et Pilatus fateatur se christum perperam iudicasse. vnde et dicit Lu. xxij. Nihil inuenio cause in homine. Et iterum. ibi. Ecce ego coram vobis interrogans. nullaz causa inuenio in homine isto ex ihs in quibus eum accusatis: sed neque Herodes. Unde ibi Amb. hic Pilatus christum absoluuit iudicio. crucifigit mysterio duorum ergo virorum testimonio Jesus insons ostenditur. Et iterum Joan. xix. Ego nullam inuenio in eo. causam. Ubi Chrys. Non dixit. quia peccauit et dignos est morte donare eum festo. sed primum eum excusans tunc rogat ex abundanti: vt si tollent eum innocenter dimittere: saltem obnoxium darent temporis. No ergo exemplo perniciose: sicut fecit iste hereticus: sed legibus est iudicandum. C. de sen. nemo. vide. xx. di. c. si. Rursus ille tam impius dogmatizat qz quilibet presbyter tantam sicut papa habeat potestates. Quod fallum esse et erroneum nullus sane fidei ignorat: quia nedum papa: sed quilibet episcopus maior est in iurisdictione et administratione quolibet presbytero. nam ipse est preordinator in cunctis. xxv. di. perfectis. versi. ad episcopum. extra de offi. archid. c. iij. de offi. archipresby. officium. in fin. Immo nedum episcopus maior est in iurisdictione presbytero. sed etiam archidiaconus qui et diaconus est: maior est in administratione nedum quilibet presbytero: sed etiam archipresbytero: qui maior est in ordine archidiacono: vt pre. c. perfectis. extra de offi. archid. ad hec. &. Archipresbyteri. Potest enim unus esse maior in administratione: quamvis minor sit in ordine: vt no. xxj. dist. in nouo. in g. c. Item quaquez olim idem diceretur presbyter et episcopus. vt. xcij. di. legitimus: et papa Petrus vocet se presbyterum. ibi. versi. sed et Petrus. consuetudine tamen et iure et ordinatione decretum est: vt presbyteri subsint episcopis: et maiores eis sint episcopi: nedum in ordinatione et consecratio episcopali. vt pre. ea. legitimus.

in glo. hic respondet. Summius autem pontifex ne-  
dum maior est quolibet presbytero quantu[m] ad om-  
nia: sed etiam maior omnibus episcopis: excepto  
consecratione episcopali. nam et Petrus data est po-  
testas a domino super alios apostolos quibus succe-  
dunt episcopi. lxxvij. dist. quorum vices: ut hec mate-  
ria expeditur. xxij. dist. in novo: ubi de hoc. lxx. dist.  
in illis: ubi de hoc et no. xxij. q. i. loquitur et h. q. viij.  
paulus: in glo. j. t. c. quamquam. ibi. Episcopatus  
sit presbytero maior: et facit quod ibi no. in glo. Au-  
tem hoc prietere si tantam presbyteri et episcopi potesta-  
tem haberent sicut papa: tot essent dei vicarii gene-  
rales in mundo: quot presbyteri et episcopi. Quod  
falsum et hereticum est: qui soli Petrus dixit dominus  
Ath. xv. Ego dico tibi tu es Petrus. Et iterum.  
Tibi dabo claves singulariter. et ibi. Quodcumque li-  
gaueris: generaliter loquens sibi soli: extra de mai-  
or et obediens. nos autem. Et iterum pasce oves meas.  
Joan. vlti: extra de elec. significasti. Iterum secunda-  
dum hunc errorem. Marsilius una ecclesia haberet  
multa capita sicut monstrum: extra de offi. ord. quo-  
niam. Multi essent sponsi ecclesie universalis: quod  
falsum est: quia unus fuit christus unam ecclesiam  
desponsans: et unus eius vicarius generalis sponsus  
ecclesie: j. ad Corinth. xi. Belpundi vos uni viro vir-  
ginem castam exhibere christo. xvij. q. j. nuptiarum.  
Et illud apostoli ad Ephe. v. exponens illud proto-  
plasti. Hoc nunc os ex ossibus meis et c. Hoc autem  
dico magnum sacramentum in christo et ecclesia: ex-  
tra de biga. debitum. facit. xxvj. dist. c. ij. Ites presby-  
teri tenent typum. lxxij. discipulorum. xxij. dist. in no-  
vo. lxxvij. dist. coepi. papa vero christi: sed illi. lxxij.  
discipuli non habuerunt tantam potestatem: quam  
tum apostoli: qui soli mundum partiti sunt ad predi-  
candum et conuertendum: nedum quantum Petrus  
et Paulus. Item solus Melchisedech tenuit typum  
christi unde dicitur ps. cir. Tu es sacerdos in eter-  
num et c. Alii presbyteri testamenti veteris aliorum  
sacerdotum testamenti noui. xxij. dist. S. i. unde transla-  
to sacerdotio et extra de consti. translato. Item quoniam  
a papa tamquam a primo fonte descendat omnis iuris-  
dictio et episcoporum et presbyterorum. xxij. dist. c. ij.  
xxij. q. j. loquitur. non potest papa sic ex toto iuris-  
dictiō suā alteri dare: quia tantam habeat sicut  
ipse. alias posset archipapam vel saltem papam aliū  
sibi consortem facere: quod falsum est. viij. questio. j.  
si Petrus. cum. cap. seq. quia nec alium papam po-  
test facere: nec se sua iurisdictione priuare: ad quod  
facit quod legitur et no. extra de censi. cum venerabi-  
lis: in glo. hic patet quod legitur et no. extra de dona.  
pastoralis: in glo. si ita. Ad horum supradictorum  
declarationem sciendum est quia est quadruplex maio-  
ritas in ecclesia dei. adde hic quod scripti in xxvj.  
cap. versi. primo: et versi. est autem. Prima ex tem-  
pore. xvij. dist. S. hoc quoque. et S. verum. et rev. dist.  
bene quidem. lxxv. dist. c. vlti. extra de ma. et obe. c. j.  
Secunda ex prerogatiua ordinis: extra de ma. et obe.  
statuimus. Tertia ex prerogatiua ordinantis seu co-  
stituentis: extra de ma. et obe. per tuas. scilicet ab eo scri-  
p. i. vlti. in aut. vt iudi. sine quoquo suffra. S. eos. circa fi.  
col. i. si. de re iu. quidam. Quarta ratione dignitatis  
seu maioritatis officij. Hac ratione dicitur archidia-  
maior archipres. vt dictum est: et potest unus minor  
et maior esse altero. i. q. viij. quāquam. et ca. queritur.  
Idem in abbatie in minoribus constituto: extra de  
eta. et qualia. tuam. sicut in subdiacono electo et confir-

mato: extra de electio. transmissam. Item potest esse  
maior et equalis. sicut Petrus fuit maior apostolis  
in dignitate seu officio: sed in apostolatu seu ordine  
episcopali par fuit et equalis. i. q. viij. puto. xxi. dist. in  
novo. secundum hoc intellige. xvij. di. multis. scilicet  
do appell. sit. l. j. S. sed si. C. de offi. vica. l. j. In eo autem  
quod quis minor est. alii scilicet majori debet reveren-  
tiā exhibere: ergo quoniam archidiaconus in missa  
minor sit archipresbytero. tunc debet ei seruire: sed  
eo maior est extra missam in voce. in loco. in iurisdi-  
ctione et alijs que ei competit ratione dignitatis:  
in hoc intellige. xxij. q. v. est ordo. xcij. dist. a sub-  
diacono: extra de offi. archid. c. j. t. c. ad hec: secundū  
Ostien. qui. j. no. extra de offi. archid. c. j. sic intellige.  
xxj. dist. S. in his omnibus. cum cap. seq. Item no-  
tandum quod persona preest persone quinque modis:  
scilicet ex officio. xxj. dist. in novo. Ultra merito. i. q. o.  
viij. c. j. Ordine. xcij. dist. a subdiacono. Administra-  
tione ut archipres. extra de offi. archipres. c. j. consecre-  
tio consistit in tribus. In iudicis. xxj. dist. inferior.  
in preceptis. xxj. dist. nunc autem. In sacramentis.  
xxj. dist. deniq[ue] secundum Archid. qui ita no. xxj. di.  
in pre. S. in his. Ites notandum quod maior potestas  
attendit quandoque ex dignitate ordinis: quandoque  
ex dignitate dispensationis sive administrationis  
Petrus autem ex prerogatiua ordinis vel consecra-  
tionis non habebat: sed ratione administrationis:  
secundum Lau. qui sic no. in pre. ca. in novo. Item  
dicendo quod quilibet presbyter sit equalis pape in iuri-  
dictione. c. tunditur ordo superior contra. ca. lxxij.  
dist. ad hoc ista sunt addenda ijs que de ista materia  
tetiguntur in prin. istius operis. Sic etiam ille persi-  
duis Marsilius quod vacante papatu succedit impera-  
tor. Sed unde hoc habuitur: et quo motu hoc dicit?  
ignoro. quoniam necum omnis scripture: sed huic po-  
sitioni omnis ratio contradicit. Papa enim succe-  
dit imperio extra de se. compe. licet: extra de re iudi-  
pastoralis: in clemen. Non imperator in papatu.  
Quae enīz comunicatio cani et sancto? Ecclesi. viij.  
i. Corinth. vij. profanis et diuinis: extra de iude. ad  
hec. vij. q. i. nulli. Subdito et domino. extra de elec.  
venerabilem. Quomodo potest imperator in ecclesias  
succedere. quoniam inhabilis sit ad talia possi-  
denda et tractanda: quoniam etiam statutum factum  
ab eo in ecclesia fauorem non valeat. nisi expresse ab  
ecclesia approbetur. xcvj. dist. bene quidem: extra de  
constitu. ecclesia. Quia Balthasar vasa templi con-  
taminata deo percutitur. Ban. v. de conse. dist. j. ve-  
stimenta. Item Ozius rex iuda quia sacerdotum  
officia usurpare voluit domino lepra percussus est.  
i. Maral. xxvj. i. q. viij. S. item cum Balaaz. versi. si-  
cut ergo. Item Heliodorus misitus a rege Antiocho  
inuadere erarium ubi erant in templo. deposita de-  
posita: calcibus equi mirabiliter apparentis percus-  
sus. semiuiuus relictus est. i. Bachab. iij. Item si  
imperator succederet in papatu: iam solueret et ligar-  
et: sed non imperatoribus sed pectoribus date sunt  
claves a deo. de pe. di. j. quem penitet et non laicis:  
sed presbyteris. Imperator enim a sacerdotibus ec-  
clesie anathematizatur et religatur. xcvj. dist. duo. ad  
hec faciunt. xcvj. dist. satis evidenter. xvij. di. S. hinc  
etiam. Item Amb. imperatori volenti ecclesiam oc-  
cupare ait: quid tibi et adultere? adultera est que non  
tibi est legitimo matrimonio copulata. cedat palat-  
tum imperatori: ecclesia antistiti. xxij. q. viij. conues-

Non potest  
papa sua  
se iurisdi-  
ctione pri-  
uare,

Maiori-  
tas qua-  
druplex.

Relatio  
quinque  
modis ha-  
beri pot.

Papa sub-  
cedit im-  
perio non  
contra.

uenior. Distincta autem quantum ad hoc sunt officia Romanorum pontificum et imperatorum. x. di. quoniam. xcvij. di. cum ad verum: unde in fine ibi dicitur de imperatore: ac ylcissim non ille rebus diuinis presidere videretur: qui esset negotijs spiritualibus implicatus. vide. s. c. xl. versi. item error. Insuper quod dicit ille impius subdolus et sophista qd eccliesia temporalia habere non potest. falsum est: qui a nedium laicis etiam clericis possunt habere temporalia et proprium. Sed ista de antiqua heresi traxit. hi sunt enim heretici qui condemnant propriu3 habentes in hoc mundo. xxiij. q. iij. quidam. versi. apostolici. Alij etiam sunt qui dicunt qd a tempore Sylvestri pape qui recepit donationem a Constantino: de qua. xcvij. dist. Constantinus: ecclesia non fuit in statu salutis. Sed istis mentita est iniquitas sibi. ps. xxvj. nam ecclesia primitiva habebat pecunias et proprium in communi. Actu. iii. z. v. xij. q. j. dilectissimus. z. c. scimus. Unde et videntes summi sacerdotes et alii fideles magis expedire ecclesijs habere possessiones quam pecunias que dabantur eis ex possessionibus venditis dederunt eis possessiones que in ditione episcoporum consistunt. xij. q. j. videntes: de predijs ecclesiistarum. xij. q. iij. quasi per totum: propter hanc etiam causam christus aliquoties habuit loculos. Joan. xij. quia sua erat ecclesia loculos habitura. xij. q. j. habebat. z. c. exempluz. xxiij. q. iij. duo ista. Quod autem et episcopi et alii clericis possint habere proprium in speciali qui religiosi non sunt clarii est. xij. q. j. episcopi. cum. iij. c. seq. z. S. cum ergo. z. S. ostentum. z. c. illi. z. q. iij. monemus. ibi. reddere co-pellatur. z. j. q. iij. clericis. z. c. pastor. xij. q. iij. ca. j. z. q. iij. c. yli. extra de testa. c. j. c. c. in officijs. Item si sancti martyres et confessores prelati in ecclesia dei sciuisserent esse peccatum ecclesiam bona temporalia possidere: nunquam donationes talium receperissent et dispensassent. sic argumentatur Prosper. xij. q. o. i. expedit: simile ca. viij. q. j. ois qui gemebat. Prete-rea filii leui, qui clericos prefigurati. xxi. di. S. j. terras et ciuitates habebant: et aliqua alia propria possidebant. xij. q. j. S. his ita. nec amplius allego: quia ista est heresis manifesta: de hoc etiam scripsi. s. xl. capit. versi. item error est. Postremo quod dicit dictus hereticus Marsilius qd quando christus ascendit celos: non dimisit vicarium falsum et hereticum est: quia est ecclesiam acephalare: id est sine capite dimittere, contra illud. xciij. dist. nulla. Et quia dimisit loco sui Petrum et successores cui dixerat pacie ones meas. Joan. vli. Omnes enim Romani pontifices successores Petri sunt: et personam eius tenent. Unde sicut Petro sic et cuilibet eius successori dicit verba predicta christus. vt est expressum extra de ma. et obe. solite. S. nos autem: et de transla. episcopi. quanto. ibi. soli beato Petro: et p. pluz successoribz suis: et ibi. Roma. pon. qui non pluri hominis: sed veri dei vicem gerit in terris. z. c. licet. ibi. qui successor est Petri et vicarius Iesu christi: et extra vt eccl. bene: vt nostrum. ibi. quoniam et si locum dei teneamus in terris: et extra elec. vbi periculum. S. ceteruz. l. b. vij. ibi. cum agitur de creatione vicarii Iesu christi successoris Petri. z. c. fundamenta. S. decet. ibi. ipsoqz vicarij dei Romani pontificis. lib. vi. Et expressissimum de homici. pro humano. j. responso. lib. vi. ibi. Dei filius Jesus christus ne gregem sui pre- cito languinis gloriosi redemptum ascensurus post resurrectionem ad patrem: absqz pastore desereret:

ipsius curam beato Petro apostolo vt sue stabilitate fidei ceteros in christiana religione firmaret: eo- rumqz mentes ad salutis opera sue accenderet deuotionis ardore: commisit. z. j. ibi. Nos eiusdem apo- stoli effecti disponete domino licet immeriti successores: et ipsius redemptoris locum in terris: quaque indigne tenentes. Unde ibi glo. Jo. an. super verbo desereret, dicit. Per hanc litera satis patet qd potes- tas Petri transiuit ad posteros: alias post Petru sine pastore remansisset ecclesia et sine capite: quod est falsum: extra de offi. or. quoniam: ad hoc facit. xl. dist. non nos. Non nos beatum Petrum sicut dici- tis a domino cum sedis priuilegio vel successores eius peccandi licentiam iudicamus suscepisse. Ille quippe perennem meritorum dotem cum heredita te innocentie transmisit ad posteros et c. Immo va- cante ecclesia per mortem pape: non est dicendu3 qd remaneat sine capite: quia hoc dictum non esset remotum ab heresi: qr tunc corpus cardinalium et to- ta ecclesia habet caput ecclesie generale et verum et proprium, christum scilicet viuentem: de conse. dist. ii. prima. in fi. ad hoc. xxiij. dist. c. j. z. iij. Succedit etiam collegium card. tunc in quibusda: extra de elec. vbi periculum. S. adem quoqz. lib. vi. z. de elec. ne Roma- ni. S. eo tamen: in clemen. et sicut etiam no. Ostien. extra de pe. et re. cum ex eo. in fi. z. no. Joan. an. post eum extra. de schisma. c. i. in glo. non cap. Item bea. Petrus post Ascensionem domini primo rexit ec- clesiam Antiochenam: et tunc illa erat caput: post- modum eius sedes translata est Romam iubente domino. xxiij. q. j. rogamus. et ipse Petr pro se Cle- mentem instituit. viij. q. j. si Petrus. z. c. oportet. z. c. Clemens: et deinde electi Romani pontifices pro- cesserunt vscz ad tempora ista: et procedent vscz ad diem iudicij loco christi: quia ecclesia que est corpus christi non potest esse nulla et mortua absqz capite: et ad hoc optime facit. xxiij. q. j. pudenda. in fin. ibi. vt quoniam ecclesia nulla esse non potest. ea sit in apo- stolice sedis per successores episcoporum radice con- stituta et c. didicimus. ibi. si vero apud Cornelium fuit qd Fabiano episcopo legitima ordinatione suc- cessit. Vere ergo qui hec negat: christum negat spōsum ecclesie: quia nunquam fuit nec erit ecclesia sine sposo. Sed heretici in partes diuisi quia multos fa- ciunt sponsos ecclesie: ideo negant vnum verum. ca. ad hoc. j. q. iij. salvator. versi. qd vero. Isto autem tem- pore increasunt hereses dicte et alie: quia intra eccl- esiam pro magna parte in omni statu regnat hypo- cresis genimen heresis. Quare autem deus permit- tat hereses dicit Aug. xxiij. q. iij. c. vli. Sed qui filij legiti sunt ecclesie numero et re: non seruant eccl- esie sancte de medacibz: nuncquid deus et ecclesia indi- get nostro mendacio: vt pro illis loquamur dolos? Job. xij. Quandocumqz lingua et cor non concor- dant. mendacium est: et si extra propositum lingua verum dicat: quia mentiri est contra mentem ire. xxiij. q. iij. homines. z. c. is qui. Recordemur scriptum esse Esa. v. He qui dicit bonum malum et malum bo- num. xij. q. iij. ve qui dicitis. Non iustificemus nos- metipsoz. Confitemur ergo quia digni sumus et ec- clesia in suis membris puniri: quia nimis discessit a sposo. Et ideo comprehendenterunt eam amaritudi- nes. Nos enim filij. Israel: christiani nomine et non re: filij iniqui dispoluimus testamentum cum genti- bus: que circa nos sunt: et edificauimus intra eccl- esiam gymnasium: et fecimus nobis preputia dimissa

sancta circuncisione spirituali: et recessimus a testamento novo sancti euangelij: extra de cele. mis. cum Matth. ceterum: et inneti sumus nationibus, et venundanti: ut faciamus malum in iniurias nostris. i. Machab. i. t. iii. v. t. vi. Esa. l. Nam secundum Bernard. nostra nos diabolus voluntas mancipat: non potestas ipsius: et ideo ceci sumus quia venundati. Esa. xliv. Facta est Hierusalem militans: habitatio exterorum: id est peccatorum: quia ipsa in se non peccat. xxv. dist. quamvis: et facta est ex terra semini suo sancto quod christus in ea seminauerat. Matth. xii. et nati eius reliquerunt eam: quia de sanctitate eius non curant. Sanctificatio eius de solata est: quia non colitur. Dies festi conuersi sunt in luctum: quia opera scelerata que in ea sunt planctu et luctu digna sunt: quia gaudium spiritus sancti recessit ab ea. Sabbata eius in opprobrium: quod sabbata carnalia et venalia. Honores eius in nihilum: quia postposuit honorem dei propter honorem mundi secundum gloriam eius mundalem multiplicata est ignominia eius. Hec leguntur. i. Machab. i. ubi typicatur ruina ecclesie in filiis. Ne autem tribulantibus ecclesiam et discedentibus ab ea: quia contritione dupli corporis et anime conterentur: et hic etiam puniuntur tribulantes ecclesiam aliquoties exterioribus tribulationibus nedum interioribus: et in perpetuum sine fine de penit. dist. iii. S. authoritas. versi. ignis accensus est. Porremus nos interim filii obedientie ecclesie in patientia possidente animas nostras. Luc. xxi. flagella dignissima nostre purgationis. de pe. di. h. si enim. ultra medium. vers. edificemus: quia nulla res sic purgat peccata: sicut tribulatio scienter et patienter assumpta. Nam secundum August. Quod fornax auro, lima ferro: flagellum grano, mola oliue, hec tribulatio iusto. Oremus sicut dicit dominus Matth. v. et Luc. vi. Et vultum refert secundum August. in sermone Innocentum. inter ferre malum et inferre malum: nihil enim simpliciter malum et secundum Theodorum in coll. de nece sanctorum in lib. Joan. Cassi. simpliciter nisi vitium et peccatum: pena enim malum non est proprie: immo aut purgativa aut punitiva ipsius mali culpe est: quia omnis pena de se iusta et ex causa. Unde et dominus Jesus christus summe bonus mala pene pro nobis pertulit: ut culpe pelleret male nostre. Unde et de eo scribitur Heut. xxv. Et Gal. iii. in fin. A haledictus: a deo qui pendet in ligno id est christus mala pene addicrus: qui in ligno pro nobis peperit. i. Ide. ii. in fi. Compatiamur ergo ecclesie tribulata: sed magis tribulantibus et persequentibus eam: quia qui eam persequitur: et persequitur christum qui est caput eius: unde et ipse paulo ait Actu. ix. Saulus saule quid me persequeris: id est membra mea fideles meos ecclesiam meam, fidem meam: secundum Augusti. Item ipse ait prophetam Zach. ii. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. ii. q. vii. accusatio. i. et ibi. in fi. quoniam iniuria eorum ad eum pertinet cuius legatione funguntur. Ad idem. viii. q. i. qui vos. Et dominum crucifigunt: qui eum in suis sacerdotibus persequuntur. iii. q. i. nulli in fi. Non incipit nunc ecclesia persecutiones pati nutrita est in persecutio-

nibus: et in eis crevit. vii. q. i. futuram: sicut pisces in aqua. xvij. q. i. placuit. In pace carnali decrevit. vt. s. xxxvij. c. versi. q. autem. t. lxvij. c. s. firma. versi adaperiat: late dixi. tunc vere stringit et amplexatur christum sponsum in hac vita pro nobis tribulatum. ps. Homine exaudi. ibi. et a tribulatione peccatoris: quoniam sibi facit in tribulationibus comitatus. Non sunt anni ducenti qd cum Alexandro canonice electo in sede apostolica. Octavianus et Jo. post euz schisma tici coeliguntur: et favore Conradi imperatoris descenduntur: et duravit schisma. xvij. annis. De alio schismate fit mentio extra de schisma. ca. j. et de elec. quia diligentia. t. s. lxv. c. s. ceterum quia versi. item dicitur proprie tetigi.

Quare prelatorum sententie non seruantur. Decat mortaliter prelati in mortali constituti publica officia exercentes.

Lap. 69.



Qua de causa ptas ecclasiasti ca respetctui ha beatur. Nec querendum est quum ecclesia tantam nunc habeat potentiam temporalem, cur prelatorum sententie aut nullo modo, aut male a subditis pro maiori parte scruntur: parviperduntur, et respectui habentur maxime quum in ecclesia dei maior pena et confusibilius esse non possit, qd anathema: quod separata corpore chri: quod ecclesia. iiij. q. iiiij. engeltrudaz. xi. q. iii. nemo: extra de sen. excom. sacro. s. cuq. ibi. tantam infligere penam. xvij. q. i. corripiantur. Ad quod respondeo qd duplex est causa: precipue vna est et prima: quia president in chartis confidentes. c. xvij. q. i. in canonibus. et que sua sunt querentes. ad Phil. i. liij. dist. nosle. extra de censi. cum apostolus. t. c. procurations. Quomodo autem intelligatur istud verbum apostoli exponit August. viii. q. i. sunt in ecclesia. ibi. Quid est ira querentes? Non christum gratis diligentes: Non deum propter deum querentes: Temporalia commoda sequentes: Lucris inhiantes: Honores ab hominibus querentes. et c. eractores. In ecclesia dei potius qd dei pontifices nominati. x. q. iii. quis cognouimus. Luz quadam iactantie temeritate et iudicaria inuestigatione non in lucris animarum: sed in predandis hominibus et spoliandis et scandalizandis fratribus: operam dantes. x. q. iii. cauendum. animaram pericula non cauentes: contra illud extra de consti. vt animarum: et de ire in contingit. et de sepult. c. animarum. lib. vij. et facit eo. lib. de offi. leg. ca. j. immo animabus potius laqueos iniicientes. xvij. que. j. de viduis. h. Ex animo frequentius procedentes. xj. q. iii. s. si ergo. In iuste pro causis leuibus et minimis excommunicantes: contra illud. xj. q. iii. episcopi. t. c. nemo et c. nullus. Potius timeri. quam amari volentes, et potius tyranni et domini quam pastores et loci et patres apparere volentes. x. q. iii. quia cognouimus cum. c. seq. xcv. dist. ecce. i. Ide. v. in deuia mortis subditos impellentes: qui predicatione eorum ad vias vite fuerant reuocandi: extra de deci. quamvis. Seci mantes mentam cymnum et anetum: et relinquentes que grauiora sunt legis iudiciorum: et misericordias et fidem. Leci duces excolantes: culicem: camelum autem glutientes. Matth. xxij. vbi Chyslo. Quis sacerdotes auaritia pleni, si quis decimam partem alicuius rei vel minime non obtulisset: corripiebant

em

rum quasi magnum crimen fecisset: si quis autem al-  
terum ledebat: aut in deum peccabat: non curabant  
eum corripere: de lucro quidem suo solliciti: de gloria  
autem dei et salute hominum negligentes: seruare. n.  
iustitiam et facere miseri cordiaz et habere fidez pro-  
pter suam gloriam deus mandauerat: decimas autem  
offerre propter utilitatem sacerdotum: ut sacerdotes  
quidem populo in spiritualibus obsequantur: popu-  
li autem in carnalibus sacerdotuz subministrant sic  
modo fit: quia omnes de honore suo sunt solliciti: de  
honoore autem dei nullus. Mortiones autem suas  
vigilanter defendunt: sed circa ecclesie obsequiuiz cu-  
ram impendere non intendunt. Si populus deci-  
mas non obtulerit murmurant omnes: si peccantez  
populum vi derint, nemo murmurat contra eos.  
Sed quia scribarum et phariseorum ad quos domi-  
nus loquebatur: quidam populares erant: non est in  
congruum ut aliam expositionem faciamus: propter  
eos qui decimam dabant: nam et qui accipit deci-  
mas rectie decimare dicitur: et qui dat. Scribe igitur  
et pharisei minimarum quidem rerum decimas of-  
ferebant: ostendende religionis gratia. In iudicij  
autem erant iniusti. in fratribus sine misericordia.  
increduli in veritate: hucusq; Jo. Chryso. Item ibi  
Hilarius. Et quia minus piaculi esset decimatione  
oleris quam benevolentie officium preterire irridet  
eos consequenter dominus: dicens. Duces ceci ex-  
colantes culicem, camelum autem glutientes. Came-  
lum puto esse magnitudinem preceptorum, iudicium,  
misericordiam, et fidem. Culicem decimatione men-  
te: et aneti et cymini: et reliquorum oleruz viliuz. hoc  
autem precepta dei que magna sunt devoramus atq;  
negligimus: et operationem religionis in paruis q  
modicum lucrum habent cum diligentia demon-  
stramus. Item ibi Orige. Excolantes culicez: idest  
expellentes a se minima delicta: que culices nomina-  
vit. Camelum autem glutientes: idest committentes  
maxima delicta: que nominavit camelos: animalia  
videlicet toruosa et grandia. Item menta et anetus  
et cyminum conditure sunt: non principales cibi. sic  
in conuersatione nostra quedam sunt necessaria ad  
iustificationem: ut iudicium: misericordia, et fides.  
Alia sunt quasi cōdientia actus nostros, et suauiores  
eos facientia: ut abstinentia, risus, ieunium, genufle-  
xio et huiusmodi. Quomodo autem non existiman-  
tur ceci: qui non vident: quoniam nihil prodest cau-  
tum esse dispensatorem in rebus minimis: quum  
principalia negliguntur: hos ergo sermo presens co-  
fundit: non quidem levia prohibens obseruare: sed  
principalia precipiens cautus custodire. hucusque  
Orige. Adde hic que scripsi. j. in. ij. parte. in. §. aliud  
vitium peculiare. versi. quoniamicum ve. in. c. lxxvij.  
Camelum autem vere prelati nostri temporis glu-  
tiantur: grauia committentes: et pro menta aneto et cy-  
mino: idest pro leuibus sententias fulminantes in  
subjectos: vt pre. c. episcopi. et. c. nullus. Onera im-  
portabili super subditorum humeros imponentes  
et ea digito mouere nolentes. Matth. xxij. Chryso.  
in homil. In quo duplēcē eorum maliūtiam ostendit  
vnā quidem in hoc q̄ sine venia experunt a  
subjectis sumnam diligētiam vīte. Aliam vero in  
hoc q̄ sibi ipsi multam concedunt licentiam. Opz  
autem bonum principem econtrario se habere: in ijs  
quidem que secundum se sunt, grauem iudicē esse:  
in subjectis autem mansuetum. Maxime autem  
accusatione dignus est qui doctrine autoritatem

habens, legem transgreditur. Primo quidem quia  
preuaricatur qui alios corrigerē debet. deinde quia  
peccans maiori pena est dignus propter honorem.  
Tertio quia plus corruptus, velut in ordine docto-  
ris peccans, hucusq; Chryso. de hoc. xxvi. q. viij. alli-  
gat. Rursus legis cōdidores et predicatorēs sed pri-  
mi preuaricatores: contra illud. ix. dist. iustum palea  
est. C. de legi. digna vox. ss. quod quisq; iur. l. j. di. j. hu-  
manum: extra de constitū. cum omnes. §. cum igitur  
de preben. pro illorum de homici. cum iuramento. l.  
dist. ponderet. in prin. ii. q. j. nemo. Aerem. sunt ver-  
bis verberantes. Corpora in deliciis nutrientes: cō-  
tra illud. j. ad Lor. ix. xxxv. dist. ecclēsie principes: nō  
in seruitutem religentes. Cymbala et campanas pul-  
santes: sed sonitum virtutum non habentes: contra  
id. xlivij. dist. sit rector. Non moderamine et discretio-  
ne preua sententias trutinant: sed mentis impetu  
vel furore. sententias iaculaunt: contra illud. xi. q. o.  
ij. illa. cum tribus. c. seq. Alia causa de contemptu  
sententiarum prelatorum: est subditorum infidelitas:  
qui in prelatis autoritatem et iurisdictionem  
non attendunt: sed vitam, et propter vitam non in-  
stam credunt sententias iniustas: contra illud. Mat.  
xxij. super cathedram Moysi et. j. q. j. non quales.  
et. c. multi. et in omnibus. c. e. causa. et. q. a. §. sed obij-  
citur: vslq; ad. §. ecce: et extra de deci. tua nobis. et. ij. q.  
vij. §. vlti. et. viij. q. viij. nonne. xij. dist. sedet. lxxij. di.  
§. si. Sed inter vtroq; prelatos et subditos loquens  
illa lucerna prelatorum Greg. de facto hanc deter-  
minat questionem dicens. Quis vita despiciatur, re-  
stat ut eius predicatio contemnatur. ij. q. viij. §. por-  
ro: virtutes enim corrigit vicia: et non verba com-  
muniter. c. xxi. q. j. cum renuntiatur. Unde et no-  
tat archid. in pre. §. porro. versi. item in euangelio: su-  
per verbo festucam. q. sacerdos vel prelati exercen-  
tes officia publica: ut missam dicendo vel confessio-  
nes audiendo vel excommunicando vel iudicando  
vel similia faciendo. si sunt in mortali, peccant mor-  
taliter: nō quia talia faciunt: sed quia talia in tali sta-  
tu presumunt. l. dist. quid est. et. c. cum exaudiero. xij.  
dist. secundum ibi. Hale bona administrando sibi  
tantum nocuit. xv. q. vlti. sciscit antibus. ibi. Quonia  
mali bona administrando se tantummodo ledunt:  
et cerea fax accensa, sibi quidē detrimentum prestat:  
alijs vero lumen in tenebris administrat: et vñ alijs  
commodum exhibet: inde sibi dispendium prebet:  
ad hoc expresse facit Rom. ij. de pe. di. vj. c. j. vlti. col.  
ibi. Judicans enim alium qui est iudicandus con-  
demnat seipsum: et in glo. ibi peccat ergo. vbi de hoc  
Addet hic quod scripsi. j. in. ij. parte. in. c. xx. in. §. sed  
vt sciant. versi. j. Actus vero priuatō bonos facien-  
do: ut sunt orare, ieunare, laborare, non peccant, im-  
mo ad hoc tenentur si ieunare se volunt et de pecca-  
to exire. c. de pe. di. j. quamobrem. et. dist. iij. c. si quis.  
Prelati ergo si volunt vere corrigerē, corrigan vi-  
ta potius quam verbo: quia contraria contrarijs cu-  
rantur. Unde Greg. in homil. super euange. si quis  
vult. Nam sicut arte medicina: calida frigidis, frigi-  
da calidis curantur. Ita dominus noster contraria  
oposuit medicamenta peccatis: ut lubricis continē-  
tiā: tenacibus largitatē, iracundis mansuetudi-  
nē: elatis preciperet humilitatē. Humilis ergo  
corrigit superbū: misericors impium et auarum: ca-  
sus immundus: vera mendacē: vnicus diuinus:  
rectus duplēcē: febris gulosum: mansuetus furio-  
sum: feruens spiritu acidiosum: amans inuidum: si-

charana

scindit  
et. v. 100habet  
et. v. 100

delis proditorem. purus malitiosum pacificus discordem: catholicus hereticum. **I**sta est conuersio & predicatione realis non hypocretalis & verbalis: que potius destruit quam edificet: nam potius auditores attendunt ad facta: quam ad verba. **T**ali predicatione virtuosa quererunt apostoli totuz mundū. secundum Christo. non per miracula. Tales sunt predicationes non mortue: que sunt plene rhythmis & distinctionibus & verbis rhetoriceis cum prauis moribus populū scandalizantibus. potius quam convertentibus: sicut sunt hodie communiter per religiosos verbales. querentes que sua sunt non que Christi in populo eius. viij. q. i. sunt in ecclesia: adulterantes verbum dei. ij. Cor. ij. **E**t ideo dicit domin⁹ presidentibus Hier. viij. **M**olite considerere in verbis mendacijs dicentes templuz dñi. tēplū dñi. tē. do. **E**t iterum. vos cuž austaritate imperabatis eis Ezech. xxxvij. c. t. xlvj. dist. hoc habet. **E**t iterum. Nō sicut dominantes in clero: sed forma: idest exemplum facili gregis ex animo: idest dilectione. j. Pet. v. p. di. S. ex his. xcij. dist. legimus. xcv. di. esto. **H**ere parabolā domini adimpletur hodie quia omnes boues & asinos extrahunt die festo de souea. Luce. xiiij. Laudant peccatores in soueam peccatorum. Luc. vi. extra de eta. & qua. cum sit. **E**t non est qui extrahat: sed est qui amplius liget: & infirmum demergat cum ligamib⁹ infinitis: & tūc tantum multiplicat⁹ fūniculus non rumpatur: sed in eo peccator desperat⁹ & deficiens suspendatur. **H**era autem iustitia ecclie compassionem habet: non multiplicatam ligatrices. p. di. vera. In misericordia & compassione fundata est ecclia. in Petro cadente: & dei misericordia resurgentē. l. dist. considerandum. non in crudelitate & persecuzione. **P**arum de oleo charitatis est hodie in ecclia dei: & ideo prelatorum lampades extinguitur. Matth. xxv. **B**efecit manna dulcedinis. xlvi. dist. disciplina & quod superest scatere vermineb⁹ anaritie & malitiae cepit. Exo. xvij. **E**t ideo fames subditorum costis adheret: & robur eorum spirituale fame vitiorum attenuatum est. Job. xvij. **S**uavitatis vnguenta defecerunt: & ideo sauciati perierunt oleo eorum vulneribus non adhibito charitatis. Luce. x. xlvi. dist. disciplina. extra de pe. & re. cum infirmitas. **S**atis potest dicere hodie christus prelates. Curam illius habe. Luce. x. sed ipsi nihilominus nō curabunt: Unde Bernard. O utinam prelati tam vigiles reperirentur ad curam quam alacres currūt ad cathedralm. Unde & hanc curam secundum typum intellectum commisit christus discipulis. Luce. x. Curate infirmos in anima scilicet sicut ipse curabat dicens. Matth. ix. z. Luce. v. non est opus valentibus zc. **E**st autem triplex cura prelatorum: sicut & triplici laborat incommodo qui committitur eis. **E**st enim vulneratus. spoliatus: & famelicus: sicut typice exponitur. Luce. x. & ideo prelatus debet habere curam medendi. pascendi: & induendi. **H**ec triplex cura tangitur Esa. iiij. vbi vir iustus recusans prelationem dicit: Non sum medicus: & in domo mea nō est panis: neqz vestimentum. q. d. non sum sufficiens ad medendum: quia non sum medicus: neqz ad paſcendum: quia in domo mea non est panis: neqz ad induendum: qz nec vestimenta sunt in domo mea. **P**rimo igitur prelatus debet habere curam medendi. ij. q. viij. sacerdos: extra de pe. & re. omnis. q. si quis Sed qui officium ignorat curādi: quomodo curat? extra de eta. & quali. cum sit. **P**ropter hoc necessa-

ria est scientia prelato: qua sciat curare animas. xlvi. dist. sit rector. **Q**ui si forte dicat habeo scientiam: id est sibi dominus. ostende mihi ex operibus curam tuam. c. Ja. ii. **Q**uare non est obducata cicatrix filie populi mei. Hier. viij. Item Esa. i. Vulnus & lior: & plaga tumens non est circumligata: nec curata medicamine: neqz fota oleo: & precedit. Omne caput laudum: & omne cor merens: a plāta pedis: id est minimis vsc⁹ ad verticem: id est prelatum: non est in eos sanitas. vij. q. j. S. verum. q. d. Vulnus luxurie non est circumligatum fascijs continentie. **L**ior avaritie nō est curatus medicamine pietatis. Plaga tumens superbie non est fota oleo humiliatis intime: sed omnes fere parui & magni iacent vulnerati luesfacti & plagi. **D**uo sunt que maxime medelam impeſdiunt: ignorantia. xxvij. dist. per totuz. **E**t mala via: vnde etsi prelatus habeat scientiam: obiecit ei medice cura te ipsum. Luce. iiiij. **E**t iterum Luce. v. & Mat. vij. **E**cce trabem: id est magnum peccatum de oculo tuo: antequam festucam trahas de oculo meo id est minus peccatum. ij. q. vij. S. idem testatur: unde Greg. Qua fronte mederi properat: qui in facie vulnus portat. **V**ulnus in facie est peccatum in ostensione. Nam patet laicis ignominia clericorum. Jam peccatum suum notorium est. Jam illud adimplet. Peccatum suum quasi sodoma predicatorum: nec abscondunt. Esa. iij. Jam facta sunt in eis vlera desiccarum turbamentum. Exo. ix. Frons mulieris metrictis facta est eis molierunt erubescere. Hier. iii. c. Jam Amon. qui interpretatur populus turbinis scilicet turba demonum precidit vestes eorum vsc⁹ ad nates: vt apparent pudenda eorum: & rasit dimidium barbe eorum. ij. Reg. x. Una medietas barbe scientiam significat: altera vitam in quibus consistit vilitas clericorum: sed diabolus mediani partes rafit: quia vitam honestam ab eis abstulit. Secundo prelatus debet habere curam pascendi: ei namqz sicut Petro dicitur. Pasce oves meas. Joan. vlt. extra de elec. significasti. z. j. Pet. v. **P**ascite eum qui in vobis est gregem domini. xcv. dist. esto. z. xcij. di. legimus. z. lxxvj. di. pasce. q. d. dominus. dicit Bernard. Pasce exemplo conuersationis. verbo predicationis: fructu orationis: Unde idem Bern. Tertio dictum est pasce: nec munge siue tondet semel auditus est: sed vos prelati. lac bibitis: lanaz indutis: & carnes comeditis: & gregem domini non pascitis. Unde querit dominus per Ezech. xxxvij. Nōne greges pascuntur a pastoribus? **P**orest responderi q modo non: vnde insert. Ue pastoribus qui pascunt semetiplos. Unde Bern. Ue ve credite mors est in olla. iij. Reg. iij. carnium: mors in deliciis tuis o p late j. ad Timo. v. peccata populi comedis acsi propria minus tibi sufficere videantur. **S**ed quando Laban qui interpretatur candidus: id est prelatus hypocrita exterius dealbatus tondet oves. Jacob fugit. Gen. xxxij. qz cu prelatus lacti & lane intendit: chz amittit. Itē Nabal q interpretat scandalizans ma. prelat⁹ scadaliſas populū: qn tondet oves: male respondet nuntijs David. i. Reg. xxv id est pauperibus nuntijs christi. Unde filius mortis est quia nō solum mungit blandiendo & tondet adulando. l. di. si quis diconus: sed etiam interficit prava exempla ostendendo. xj. q. iij. precipue: & excoriat per violenziam auferendo: & carnem comedit in corpore affligendo: vnde Zach. xj. Pasce pecora occisionis: que qui possederant. occidebant. & non dolebant: & ven-

debant

prelatorum  
cura triplex.Meden-  
di cura.

debat eadientes. Benedictus dominus: divites facti sumus. De gratiarum actiones latronum et tyrannorum sunt: non pastorum: qui dominum benedictunt quum dinitias per furtas et violentias acquirunt. Unde Greg. Animes pereant: et ipsi de temporalibus commodis letantur. Ad hunc iij. Qui comedunt carnem populi mei: et vellem eius deluper exco rauerunt: et ossa eorum confrigerunt: et considerunt sicut in lebete: ecce ipsi se lupos exhibent gregi: ipsi rapiunt: ipsi dispergunt: ipsi perimunt. Item Esa. iij. conqueritur dominus de prelatis: dicens. Hos enim depasti estis vineam meam: id est ecclesiam et rapina pauperis in domo vestra. Quare alteritis populum meum et facies pauperum commollitis. Et Hiero. vii. Ecce vos loquitur precipue prelatis: confutis vobis in sermonibus mendacib; quia dicitis et non facitis: qui non proderunt vobis: furari: occidere: adulterari: in mare mendaciter: libare Baalim: qui deuotator: interpretatur: id est ventriquia hodie prelatorum deus venter est. Phi. iii. xxxv. dist. ecclesi principes. et j. Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista: id est ecclesia qua innocatus est nomen meum in oculis vestris. I. q. iii. ex multis. Item Amos. iii. Audite verbi hoc vacce propter immunditiam pingues propter gulam. Que estis in monte Samarie: que interpretatur custos domini: id est prelati deputati custodes. xv. q. i. in canonibus: id est elati de prelatione. Que caluniam facitis egenis et consrigitis pauperes: quia raptiores et cupidi. Que dicitis dominis vestris asserte et bibemus quia curiosi de querendis cibis et potibus. Juravit dominus deus in sancto suo: id est filio. Ecce dies venient super vos: et lenabunt vos in contis: sicut fit de vaccis: quarum crura solent in vestibus levare: et sic deferriri. Crura disiitum sunt affectiones carnales: in quibus primo puniuntur: quando pre angustia mortis non possunt frui voluptatibus et deliciis consuetis. Simile Esa. xxii. Ecce dominus apportari te faciet: sicut appropinatur gallus gallinaceus. De quic in Amos. Et reliquias vestras animas quas reliquistis: non curantes de ipsis. Levabunt in ollis seruertibus: id est in penis gehenaliibus. Et per aperturas exhibitis violenter eductis animabus de corporibus: sicut quando extra hunc captivi a victoribus per rupturas murorum civitatis. Altera contra alteram: id est vicissim modo unus: modo aliis. Et projectem iu in armon: quod interpretatur anathema meritoris: excommunicati et separati de consilio electorum: dicente summo pontifice christo: discideite a me maledicti in ignem eternum. Matt. xxv. et Abrahach. viii. Percutiet terram anathemate. Sed ergo prelatus primo pascere verbo predicationis: quod quantum sit necessarium habere. iii. Reg. xx. ibi. Custodi virum istum qui si lapsus fuerit: erit anima tua pro anima eius: aut argenti talentum appendes: id est exhortationis verbum. xlii. dist. ephe-sis. Item Ezech. xxviii. In pascuis uberrimis pascam eas in montibus excelsis ubi Isidorus. Sanctarum scripturarum altitudines quasi montes paucae sunt. Hiero. iij. Dabo vobis pastores secundum cor meum: et palecent vos scientia et doctrina. Item Exo. iiij. dicitur quod Moyses pascet oves: et minuit ad interiora deserti: ubi dominus in rubro ardenti apparuit: quod sit quem prelatus verbo predicationis subditos ad eum reducit: et ibi apparet dominus: quem exterior consolatio relinquitur pro inter-

iori. Sicut pauit christus duos discipulos. Luce. xxij. quibus quum loqueretur ait rubor: id est cor. Unde dicebant Nonne cor nostrum: ardens erat in nobis dum loqueretur in via: et aperiret nobis scripturas? Unde typice bene dicitur et cantatur in ecclesia: gallo canente: id est prelato predicante: spes redit desperatis: egris salus refunditur: peccatoribus veniam datur: mucro latronis condituri: id est absconditus: quia diabolus latro a latendo in tentatione succumbit: unde Ecclesiasti. xij. Consurgent scilicet peccatores a peccato ad vocem volucris: id est galli. Hic gallus Petrum negantem ad lachrymas excitat. Lue. xxij. quia in predicationibus frequenter hostes compunguntur. Unde Actu. ii. ijs auditis corde compuncti sunt: et de con. dist. iij. proprie. in fin. Sed plures prelatorum galli gallinacei: id est capones pingues sunt: de quibus. xxij. q. iij. cum in lege: et non galli macilenti: et ideo pre pinguedine non posunt cantare: id est predicare. Unde contra tales loquitur Esa. lv. c. Lanis muci non valentes latrare xlii. dist. sit rector. iuxta prin. Talibus etiam dicitur Ezech. xij. Non ascendiatis ex aduerso: neque opposuitis murum pro domo Israel: ut staretis in prelio in die domini. Huius Greg. Ex aduerso quippe ascendere: est pro defensione gregis libera voce huius mundi potestatis contraire. et j. Pastores enim recta timuisse dicere: quid est aliud quam terga prebuisse. xlii. dist. sit rector. Item Thre. ii. Prophete tui videbunt tibi falsa et stulta: nec operiebant iniuriam tuam: ut te ad penitentiam provocarent pre. c. sit rector. Hinc Paulus loquens de prelato ad Titus. j. ait. Ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt argnere. pre. c. sit rector. Itē Abrahach. ii. et pre. c. sit rector. Labia sacerdotis custodiunt id est custodiunt dñi scientiam: et legem requirunt ex ore eius. scilicet subditi: quia angelus domini: id est nuntius (cuius angeli est virtus secundum Chrysostomum proprium dicere) exercitū angelorum bonorum est. Quum ergo dicit legem: non nugas non fabulas, non philosophica, non naturalia sicut episcopus Desiderius: qui grammatica predicabat. lxxvij. dist. cum multa: quia sicut dicit ibi Greg. In uno ore se cum laudibus iouis laudes christi non capiunt. Unde et prohibentur sacerdotes comedias legere, que sunt cantus rusticani. amatoria bucolicorum versuum verba cantare. xxxvij. dist. sacerdotes. Sed debent in evangeliis et in apostolis et in prophetis studere. xxxvii. dist. si quis: quia de hoc habent predicare. Mar. viii. predicate euangelium omni creaturae. Bern. Nuge in ore sacerdotis. blasphemie sunt sedes. ad cachinos mouentur: sed in morte detrahentem audire: quid horum damnabilis sit non facile dixerim. Hinc etiam per Esa. lvij. loquitur dominus prelatis. Clama: ne. cesses. si cut tuba exalta voces tuae: et annuntia populo meo sceleris eorum et Greg. Predicationis quippe officium suscepit qui quis ad sacerdotium accedit: sacerdos ergo si predicationis est nescius quam clarius vocem daturus est preco mutus: pre. c. sit rector. Hinc etiam supra pastores primos in linguarum spem spiritus sanctus infudit. Actu. ii. quia nimirus secundum Grego. quos repleuerit de se protinus loquentes facit pre. c. sit rector. Hinc etiam in Exod. xxvij. precipitur Moysi, ut tabernaculum ingrediens sacerdos tintinnabilis ambiatur: ut secundum Grego. voces habeat predicationis: ne superni in-

specoris nictum ex silentio offendatur: scriptum, quippe est ut audiatur sonitus: quando ingreditur sanctuarium in conspectu domini, et non moriatur, Exod. xxix. Sacerdos namque secundum Berg. ingrediens ut egrediens moritur: si de eo sonitus non auditur, quia iram contra se oculi iudicis exigit: si sine predicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta, vestimenta enim sacerdotis quid aliud, quam recta opera debemus accipere? prophetat atestante, qui ait in ps. cxxxij. Sacerdotes tui induantur iustitia. Vestimentis itaque illius tintinnabula inherent: ut vite viam cum lingue sonitu ipsa quoque opera sacerdotis clament pre. c. sit rector. Hinc etiam Paulus ad Timo. ii. epistola. iiiij. c. Predicta verbum, insta opportune importune. pre. c. sit rectos, in fin. Hinc episcopus qui crimina non corrigit subditorum: magis dicitur canis impudicus quam episcopus secundum August. lxxij. dist. nemo. Habent autem cum humilitate predicare prelati non cum arrogancia: ne ipsum magistrum elationis scilicet diabolum quem verborum iaculis insequuntur, elatis moribus predicent. xlvi. dist. hoc habet. Nec cibum vel premium de predicatione expectent. Unde Michæe. iij. Hoc dicit dominus super prophetas qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis: et predican pacem: et si quis non dederit in ore eorum quippias sacrificiant super eum premium. Secundo prelatus debet pascer subditos exemplo bone conuersationis, plus enim dicit Grego. mouent exempla quam verba. Unde Jacob posuit virgas decoratas ante paritatem: ut similes fetus conciperent. Gen. xxv. Dicitur quod quum quedam mulier accusaretur de eo quod peperisset ethiopem: excusata fuit propter imaginem ethiopis quam ante oculos habebat depictam, quando conceperat. Ita et subditi excusant se quia non vident nisi exemplum ethiopum prelatorum. Unde Sap. iiiij. Et inquis omnes filii qui nascuntur, testes sunt nequitie aduersus parentes. Ad hec. xiij. q. iij. precipue extra de vo. et vo. re. magno. preterea. Tertio debent pascer fructu orationis. Unde Samuel ait. j. Reg. xiij. Absit a me hoc ut cessem orare pro vobis. Debet ergo prelatus orare pro subditis: et specialiter in altari: quando in modum crucis expansis manibus gerit imaginem crucifixi. ps. cxl. Elevarit manum mearum sacrificium vespertinum. Sic orabat etiaz Moses pro populo contra Amalech: id est demones lingentes sanguinem. Exo. xvij. xxxvij. dist. c. vlti. Sed necesse est quod eius manus sustententur ab Aaron: ut ibi dicitur: qui interpretatur mons fortitudinis: et Ur, qui dicitur ignis: ut scilicet sit fortis in opere et feruens in mente. ps. xxxvij. et in meditatione mea exardecet ignis: sed super omnia studeat lauare manus suas inter innocentes. ps. xxv. ne pollutis manibus presumat agni immaculati sacras contingere carnes. Malach. j. Offertis super altare meum pollutum panem, ubi Hiero. Corpus christi quantum in se est pollutum: qui ad altare pollutus accedit. xlxi. dist. sacerdotes: et ab illo. sed obijicitur. j. q. i. vñq ad se. cum vita. Unde de agno pascali dicitur Exo. xiij. Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua: sed asum igni. Crudum comedir qui sine devotione accedit. Unde apostolus. j. ad Cor. xiij. Conuenientibus vobis in unum: id est confuse et inordinate simul irruentibus ad altare, iam scilicet in presenti: ex eo quod indiscipli-

nate acceditis ad mensam domini sicut ad mensam corporalis cibi. Hoc damnum est vobis quia non licet cenam dominicam manducare. Ecclesiast. xxij. Pro reverentia accedit tibi bona gratia, id est effectus eucharistie: que bona gratia interpretatur. j. q. i. multi. sicut patet in muliere que retro accessit et testigat simbriam vestimenti domini: et confessio curata fuit. Mat. ix. Mar. v. Luc. viij. Ita et nos debemus accedere per considerationem vite preterite. Isa. xxvij. Recogitabo tibi oes annos meos in amaritudine anime mee. Ne sunt lactuce agrestes cum quibus manducandus est agnus pascalis. Hebreo autem tangere simbriam vestimenti: id est devote recolere passionem christianum cuius commemoratione instituit sacramentum corporis et sanguinis sui. Unde. j. ad Cor. xiij. Quotienscumque manducabitis panem hunc et ca. bi. mor. do. an. donec veniat de con. di. ii. ti more, et literatur. Unde super predictum locu. Lu. viij. dicit expositor. O quaz docuit mulier ista quantum sit corpus christi que infirma tantum esse monstravit. Misericordia qui quotidie corpus christi tractamus et sumimus: et a nostris vulneribus non curamur. Immo (quod magis flendum) mulier tulit de vulnera medicinam, nobis ipsa medicina retorquetur in vulnus: non enim infirmatibus christus deest sed fides. Hodie posset dicere domino Iherus. Turbe te comprimit et affligunt. Matth. .x. Mar. v. Luc. viij. Causa vero indeutionis notatur quum subditur. Unusquisque enim suam cenam presumit ad manducandum: quia sicut illi quibus loqueretur apostolus, non expectabant missam: sed ante sumebant suam cenam. Ita modo quidam propter festiniantiam comedendi: indeutem se ingerunt ad tam magnificum sacramentum. Unde dicitur in canone quod post sacram communionem non accedant statim ad cibos communes: sed differant per spaciis ibi contentum: quod hodie etiam a religiosis male seruitur: de con. di. ii. tribus. Locutum vero aqua comedie: qui dissolutione vocis quasi ad lasciviam prouocat auditores. xcij. di. cantantes: contra tales dominus ait Amos. v. Aus er a me tumultum carminum tuorum: et carmina lyre tue non audiam. Hos etiam notat Moses Exo. xxxij. Non est clamor exhortantium ad pugnam: scilicet contra vitia spiritualia neque vociferatio compellentium ad fugam contra vitia carnalia, sed vocem cantantium scilicet histriorum et ioculantium ego audio. Quidam sacerdotes contrario ita in clamore erumpunt, quod audientium aures offendunt. Unde Amb. Ipsius sonum vocis tue libret modestia ne cuiusquam aures offendat vox fortior: aut nimis emolliat delicior: sed illa pronuntiatio bona est que ad lamentum prouocat auditores. xi. dist. c. i. versi. lectores. Comedendus est ergo agnus tantum assis igni: cum fernore devotionis et dilectionis. de con. di. ii. timorem. et Levi. vi. Ignis in altari meo scilicet cordis semper ardebit, quem nutrit sacerdos et c. Ne oratione etiam sacerdotum dicitur Osee. iiiij. Peccata populi mei comedent quod exponit Alexander dices. j. q. i. ipsi sacerdotes. Ipsi sacerdotes pro populo interpellant: et peccata populi comedunt quia suis precibus ea delent atque consumunt. Idem iij. q. i. nulli. p. q. i. quia sacerdotes. ca. hanc. Sed ve hodie eis: quia ad literam peccata populi comedunt: decimas et oblationes recipiunt sed officium: propter quod datur beneficium: de rescripc. c. s. lib. vij. lxxij. di. si quis sacerdotum cum. ca. se. non faciunt:

Bone conuersatio  
nis exemplis  
populace  
di sunt  
subditi.

Grandū  
est p sub-  
ditis.

**Induens di cura.**  
faciunt: nec eorum rara et sordida oratio deum placat. Unde Grego. Cunctis, n. liquet qz quoniam is qui displicet, ad intercedendum mittitur: irati animus proculdubio ad deteriora prouacaf. iij. q. vii. in gratiis. vbi dicit Ar, orationes malorum ipsi pro quibus orant nocentes dic ut ibi. z. i. q. i. fertur. ibi. Aut quo populum orationis clypeo tueas: qui iaculis hostium sele seriendu exponit? z. i. **Auctor** ergo metuenda est locis illis calamitas: vbi tales intercessores ad locum regimini adducunt: qui dei in se magni iracundia provocant: qz per semetiplos placare debuerunt. Itē dicit habere prelati curam induendi subditos: induimenta aut qui bus anima induit virtutes sunt. xliii. di. sit rector. de pe. di. ii. f. romanos. versi. sapientia est. c. z. c. l. nec Adaz. Sed unde alios teget qui. nudus est? opz vt vestimenta habeat ex quibus subditos vestiat. Tobie. iiiij. De vestimentis tuis nudos tege. Luc. iiiij. Qui hz duas tunicas det non habenti. Sunt aut quinque immo sex sacerdotalia indumenta. Primum est amictus. s. veluz quoddam qd ponit circa capitum: et circa collum flectit: et significat fidem: primaz. s. virtutem et fundamentum virtutum: que celat nobis occulta qz celata iacet in corde, licet ppter sit ea necesse quu expedit et ore. Ro. x. Corde credit ad iustitiam: ore aut fit confessio ad salutem. Ro. x. xi. q. iij. nolite. Sed qz fides sine operibus mortua est. Jac. iij. de pe. di. ii. s. n. ultra medium. Sequit alba vestis: que candorem signat bone operationis maxime munditatem. xxx. q. v. femine. Hec dz esse longa et ampla pp abundantiū iustitiae qz sacerdos dz habere. **Ahat.** v. Nisi abundauerit iustitia vestra et p. cxxvij. Sacerdotes tui induantur iustitiam et xlviij. di. sit rector. Logia pp finalitatez perseverantie. de pe. di. ii. f. evidenter. versi. item illud euangelium. vii. q. i. suggestum. Et qz in exercitio boni operis cauenda est admissio prauitatis. de con. di. ii. nihil. Sequitur zona que significat castitatem. unde in eis agni precipit renes accingi. Exod. xij. et in euangelio Luc. xij. expectantes domum suum iubent lumbos precingere. i. pte olij presingere: vt qui virgineo partui speciales quodammodo cubicularij deputant. speciali lumbo ac cordiū castitate precellant. Unde Greg. Lumbos precingimus quiz carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Post hec sequitur orarii. i. stola. de quo. xxvij. di. ecclesiastica. z. xxv. di. vnuor orarii: in quo tria notantur. Primum qz collo imponit: tamqz iugum domini boni suo. **Ahat.** xi. Iugum meum suave est: est aut suave pp dominationem: qz sicut ait Augu. qui huic ingo subditur, cuncta hz subiecta. Item propter amorez: qz sicut Aug. ait, omnia seu et immania facilia et pape nulla facit amor. Secundu qz in pectore cancellatur: vt sciat quod de deliciis mundi ad perpetuos cruciatus: et de doloribus ad eterna solertia pertransit. Luc. xv. Fili recordare qz recipisti bona et. Tertius est qz copulatur zone: qz sacerdos qui predicit, dz case vivere. xxvij. di. c. ylti. Et sciendu qz idem orarii in sinistro ponit humero, quia eis tradit cura ipsiis necessitatibus. Unde act. vij. z. viij. levite electi sunt ab apostolis ut ministret mensis. xcij. di. diaconi. iij. Sequitur de manipulo qui ponit in manu sinistra pro superfluis humoribz oculoz vel sudoribus manuu detergendas, et significat sumptus necessarios vite: quos a subditis recipit: qz dignus est operarius mercenarius sua. Luc. x. ex de preben. cujz fm. xij. q. i. f. hs ita xij. q. i. quicqz. Ultimo dz indui planeta vel casula que significat charitez: in qua tria sunt notabilis.

Primum qz duas hz oras. vnuor circa caput: qz significat amorem dei. Aliam inferiorem corpus vndiqz ambiete qz significat amore primi. de vtro. z. **Ahat.** xxiij. Mar. xij. Luc. x. et de pe. di. iij. charitas. ij. Secundum est qz ad vtrangz manuz reflectit: ne amor sit ociosus. charitas namqz patiens est: et hoc significat ad sinistrā. benigna est et hoc significat ad dextrā. ad Cor. xij. Tertiuz est qz ab anteriori et posteriori parte usqz ad pedes protendit. vt usqz in finez animus pseueret. Ezech. j. de pe. di. iij. non reuerteban. z. c. ficta. et non solum presentem proximum diligat: sed absente. Hec est vestis nuptialis de qua **Ahat.** xx. Felix sacerdos qz ad altare dei cum homi sacratissimo procedit ornatus. Talis nimurum bñ pot induere subditos vestimentis virtutem more Joseph. qz pferit fratribus singulis binas stolas. Gen. xlvi. qz sunt fortitudo bone actionis: et decor intentionis. de qbus **Hrouer.** vlt. Qes domestici eius vestiti sunt duplicibus: sed pauci sacerdotes sunt hodie sic vestiti. sed hz locum verbū Grego. Decorari pallio volumus moribus indecori. c. di. contra morem. Nam sacerdotes nostri tuis more predonum spoliant subditos institis virtutum. Job. xxvij. Nudos dimittunt holes, indumenta tollentes, qb non est experimentum in frigore et. Et ita pauci sunt hodie plati qui vulnerato medicamentuz adhibeant: famelicum pascant et induant spoliatum. et ita chm samaritanum. i. custodem non imitantur et duobus denariis eis exhibitis a samaritano. i. duabus clauibz. xx. di. f. i. male vtunf. Et neduz non superrogat, enage li cōsilia obseruado. xij. q. j. quis cu. ca. se. hz nec necessarium eoū offm exequunt. Est aut superrogare tpaliter. Primo debitum remittendo. sicut apls fecit: qui noluit procreationem recipere a subditis: laborando manibus proprijs pro victu, et pdicando. Actu. xx. in fi. i. ad Cor. i. i. q. iij. sacerdos. extra de censi. cum apls. in p. Sed plati nostri tuis nec obolu dimittere volunt de propria ratione. Unde conquerit dñs Ezech. xij. Violabant me ad ppstlm meu ppugillū hoidei et fragmentū panis. Sed et vtinaz hodie nec dimitterent aliud de iure eorum: nec amplius tollerent qz deberent. sed clerum et populū excoiant et comedunt. et quibus deberent prouidere pauperes clericos et parochianos aggravant suis procuratiobibus talijs et expensis contra concilium generale. extra de censi. cum apls. nam vt ibi dicimus, longi temporis victum clericorum pauperum et laboratorum rusticorum brevis hora vniuers cene vel prandij consumit et. c. prohibemus. et. c. cum instatia. et. c. ad nostrum. f. j. clem. Bixit Tyberius imperator. Boni pastoris est, pecus tondere: non deglubere. Et tales plati tanqz concussores et calumniatores pnt cōdemnari et extorta et tantundem tenentur pauperibus restituere. vt legitur. et no. extra de immu. ec. qz plerisqz. Contra tales exactores multi canones scripti sunt: de quibus ipsi non curant. x. q. iij. inter cetera. z. q. iij. canendum et. c. qz cognouim. z. c. vlt. j. q. iij. placuit. extra de censi. exij. li. vi. Sedo necessaria sibi subtrahendo, et indigentibus largiendo. sicut fecit beatus **Martinus** qui in tempore frigoris cum paupere chlamydem divisit. sed prelati nostri temporis etiam superflua negant largientes ea consanguineis: vel in vanitatibus expendentes: quu res ecclesiasticarum. patrimonia pauperum. xij. q. i. epis ecclesiastiarum. et. c. qz tua. et. c. nolo. et. c. q. iij. aplicos. c. quisquis et. c. vobis. c. qui et diuinis. c. concessio. c. quatuor. c. de redditibus. c. mos est. c. scim. c. et si illi. c. aut. c. glia. x. q. iij. j.

vndsgos  
gatio tpa  
liu multis  
fariā fieri  
potest,

**Alba.**

**Zona.**

**Drapinz.**

**Bani-  
pulus.**

**Casula.**

Spūaliū  
superoga-  
no.

vbi de hoc.c. ep̄s. xxiiij. q. viij. quod aut̄. t. q. viij. conve-  
nior. xlviij. di. sicut hi. Unde Ber. Res pauperū non  
pauperibus dare par sacrilegij crimen esse dñoscit.  
Item idem. Res ecclesie pauperum sunt: eis crudeli-  
ter subtrahit: quicquid inaniter expendit. Spūalia  
supererogant tribus modis. Primo in frequetia p-  
dicationis. ij. ad Timo. iiiij. Insta importune oppor-  
tune. xlviij. di. sit rector. Secundo in assiduitate orationis:  
sicut ap̄s q dicebat. Tertius est mihi deus. q sine in-  
termisso memoriaz vestri facio t̄c. Tertio in subli-  
mitate conuersationis Esa. xl. Super montem excel-  
sum ascende. i. magnifice conuerseris tu qui euangeli-  
zas syon. Preterea prelati t̄ alij curati habentes  
istum dictum samaritanum t̄ mendicum christuz ie-  
sum in exemplum. dñt cibare suorum alas subditoz  
per fidem catholicam. que est panis vite t̄ intellect⁹.  
Eccl. xv. qz iustus ex fide vivit Abachuc. i. ad Heb. x.  
in si. ex de lac. vnc. c. vnicō. qz vero t̄ supra rōnem t̄  
sensum seipsum extendit. In mensa fidei. s. altari pa-  
nis vite proponit. cibis angelorum sumit. s. ipse fili⁹  
dei: qui ait Jo. vi. Ego sum panis viuus qui de celo  
descendi. Sed quo descendit iste panis de celo: quum  
caro sua quam accepit de virginē non descenderit de  
celo s̄m Amb. de conf. di. ii. sicut verus qz idem dñs  
iesus consors est diuinitatis t̄ corporis: t̄ tu qui acci-  
pis carnem diuine eius substatie in illo percipiās ali-  
mento. Sed de multis maxime sacerdotibus potest  
conqueri deus pater q comedimus filiuz: t̄ nolum⁹  
cibare eum filijs nostris. i. bonis opationibus. sic p-  
posuit qdam mulier coraz rege israel. iiiij. Reg. vi. ma-  
gis aut̄ potest cōqueri de illis qui per exactiones in-  
debitas pauperes opprimunt t̄ affligunt. de quibus  
Ezech. xxvij. Facti sunt greges mei in rapinam. Se-  
cundo debent potare aias per spē de calice passionis  
quam ipse dei filius prompta deuotione suscepit de  
manu patris. Unde Abat. xxvj. Accipiens calicem  
gratias egit. Ubi Chryso. Ideo gratias egit: vt nos  
doceret qualiter nos oporteret hoc mysterium prosi-  
cere. t̄ etiam monstrauit q ad passionem non venit  
nolens. Erudiuit etiam nos quodcumq; patimur. cū  
gratiarum actione ferre t̄ etiam ex hoc nobis bona⁹  
spem dedit: si enim figura sacrificij huius. s. immola-  
tio agni pascalis. Exod. ii. facta est liberatio ppli ab  
egyptiaca seruitute: multo magis veritas liberabit  
orbem terrarum. De hoc aut̄ calice primo propina-  
uit apls quos maxime dilexit: t̄ biberūt ex illo oēs.  
Unde t̄ filijs Zebedei dixit Abat. xx. t̄ Abat. x. No-  
tessis bibere calicem quem ego bibiturns suz: t̄ Die  
re. xxv. Ecce in ciuitate in qua inuocatum est nomen  
meum. ego incipio affligere t̄ vos quasi innocentes  
t̄ immunes eritis? Nō eritis immunes. Si ergo de  
calice isto libenter potassi via: potabit te christ⁹ de  
torrente voluptatis sue in patria. Sed multi potant  
aias suas de aureo calice Babylonis. i. de voluptate  
carnalium voluptatum. Apoc. xviij. Mulier erat cir-  
cundata purpura h̄is poculum aureum in manu sua  
plenum abominatione t̄ immundicie fornicationis  
eius. Hiero. i. ca. Calix aureus Babylonis in manu  
dñi inebrians oēm terram. de vino eius bibent oēs  
gentes. sed vinum hoc vertere in sanguinem. i. in eter-  
nam damnationem quod significatum est in hoc q  
aqua egypti versa est in sanguinem. Exo. viij. de con.  
di. ii. reuera. Unde Luc. vij. Ne vobis diuitibus. q ha-  
betis hic consolationem. Econuerso in nuptijs dñs  
aquas conuertit in vinum. Joā. ii. q electis tristitia  
vertet in gaudium. Joā. xvij. ps. xcij. Secundū mul-

titudinem dolorum meorum in corde meo consola-  
tiones tue letificauerunt animam meam. Tertio de-  
bent sacerdotes induere per charitatem: que h̄z pro-  
prietates vestis. Primo qz tegit nuditatem t̄ defor-  
mitatem peccatoris. Unde Brouer. x. z. i. Pet. iiiij.  
t̄ Ja. vlti. Uniuersa delicta operit charitas. Apocal.  
ruin et locutionis atque cogitationis iniquitates replicant. Debet tabula interpretatur, vel ianua, ait pauper. Tabula inquit de qua raduntur mali clericorum. xij. q. i. nolo. l. dist. contumaces. vel tabula, penitentia. de pe. di. i. secunda. Janua foramen laterale christi ad ingrediendum in celum. Gen. vi. Ostium arce pones in latere deorsum. i. vnlus in latere christi. glo. pauper ecclesia primitiva. xij. q. j. dilectissimis. Uie syon ecce predicatorum scilicet parantes viam christo veniendo ad animam. Jo. i. Uie syon. virtutes ad supernam hierusalem ducentes ad solennitatem anime: cui sponsus ablatus est: quum anima de arte superne intentionis ad exteriores labitur actiones. solennitas eius est celestis vite intima contemplatio. sed non sunt qui veniunt ad solennitatem: affectus. s. prioris vite. qz scilicet non veniunt ad solennia contemplationis aie vel divine. vera enim anime solennitas et festivitas est deo. Amb. Qui christum intra se recipit: maximis pascitur delectationibus voluptatis. Sed hodie in ecclesia magis celebrantur solennia ventris et mentis. xluij. di. comestationes. xxv. di. ecclesie principes. Uie syon. Quoties ecclesia pro peccatis suis intus foris repletur furoris domini amaritudine: merito lugent vie. potest indestructe. gemunt sacerdotes. squallide sunt virgines. Uie sunt prophete patriarche et alii per quos ad christum qui vera est via. Jo. xiiij. venitur. sicut enim dicitur a christo. Luce: sic vie dicitur ab ipso. Unde Abraa prima via crededi appellatur. he lugent eo qz non sunt qui veniant ad solennitatem celestis patrie. qui enim presumt officio. nec ipsi intrant: nec alios intrare permittunt. Mat. xiiij. Iure autem sacerdotes virginibus copulatur inferius: quia virginitate sacerdotium pollet. lxxij. dist. minister et c. oportet. et quasi per totum. et virginitas regimine sacerdotum eget. Lugent eo qz non sunt. qui veniant ad solennitatem patrie celestis. ps. cxvij. Constituite diem solen. in condem. vsque ad cor. altaris. Uel angelorum. Dès porte eius destructure. eccle. i. sensus dissipati et vagi. destructure qz deberet esse ornate et custodite. ps. xxiij. aperite portas iustitie. Sed mois intrat per eas secundum Hier. ix. c. Et ideo squallet anime virginitas: et gemit regale. s. Ne. ii. sacerdotium. dum pro virtutibus replemur amaritudinibus vitiorum. Sacerdotes eius gementes. qui deberent gaudere in domino. Phil. iii. Bementes pro peccatis ex se gematum provocantibus. Uirgines eius. caste intentiones eius ecclesie. squallide. quia intus corrupte que deberent fulgere. Et ipsa. ecclesia scilicet oppressa amaritudine. vitiorum. Hier. ii. Scito et vide quia malum et amaru est reliquise te dominu deum tuum. De interpretatur ista. qz propter ista peccata enenunt super ecclesiam que dicta sunt. et dicitur. Facti sunt hostes eius in capite. heretici aut pagani aut mali catholici. Hostes ecclesie. xxiij. q. iij. de illis in capite. qz capita ecclesie languet: et ideo cetera membra ecclesie inficiuntur. vi. q. i. ex merito. et Avaritia in capite omnium. Amos. ix. id est in prelatis ecclesie precipue. Plena est ecclia avaricie. xcij. dist. diaconi. v. Iste sunt optimates capita populorum prelati scilicet ingrediētes pompatice domum israel. Amos. v. Vacce pinguis samarie. caluniam facientes egenis. clericis: que dicunt eis. asserte et bibe mus. Amos. viij. Hostes in capite. quia in prelatis demones hodie precipue dominantur. Pinguis sunt in peccatis pre ceteris. presumt ut deuorent et infle-

tur. viij. q. j. sunt in ecclesia. Inimici ei⁹. ecclesie. Loco cupletati sunt. disputanti facundia quum sit intelligendi penuria. Item hostes in capite. quum bonum opus corruptamente cōcipimus: diabolus in principio dominatur diminutio boni. afflictione mali. instant enim hostes fortiores aliquando in capite. ipsam bonis operis intentionem polluentes aliquando longiori. vnu voluntatum animam tentent impedientes. ab his tanto difficulter libera mur: quāto in capite superiores et locupletiores dominatur. Propter multitudinem iniquitatum eius. prelatorum ecclesie. Parvuli eius. ecclesie. populus lacte indigens consolationis. et panem doctrine pertens. j. eo. iiii. c. Parvuli petierunt panem et c. propter defectum boni exempli prelatorum instructionis et correctionis. Dicuntur in capillitatem. vitiorum et demonum. xij. q. iii. precipue. et c. ita ibi. vt qui possunt fueras ad gubernationem populorum. effectus si ruina multorum non habentes rectores aut defensores. Ante facie tribulantis. hostis visibilis vel invisibilis. vinculis delictorum constricti. ps. xiij. Qui tribu. me. exulta. si mo. fero. Uau interpretatur ipsa vel hec. scilicet ruina multorum afflita de qua sequitur. Et egressus est a filia syon celestis hierusalem. Secor puritas fidei. ornatius virtutum. Ista est ecclesia pulchra. de qua in Lanti. iiii. Tota pulchra es amica mea. Ab ea decor egreditur. quando hereticorum vel malorum catholicorum rabie sue co rumpitur. de qua dicitur. ps. cii. Confessio et decorum induisti. iterum ps. xcij. Confessio et pulchritudo in conspectu eius. Decus enim ecclesie et decor virtus et sanctitas est. de pe. dist. iij. S. romanos. versi. princeps et c. illa anima. Facti sunt principes eius. ecclesie pastores et rectores. xxvij. dist. ecclesie principes. qui utroq; cornu vtriusq; testamenti subditos deberent defendere. vel rebellantes percutere. xiiij. q. iij. cum in lege. Uelut arietes non inuenientes pascua. quum tamen tamq; fortes arietes ducatum gregibus prebere deberent. vij. q. j. sciscitari. Facti sunt velut arietes macri absq; pinguedine. de qua pinguedine. ps. lxij. Sicut adipe et pinguedine. charitatis. Non inuenientes pascua. pro se et populo. quia in scripturis pascua vite non inuenientes. Isid. Sanctorum scripturarum altitudine quasi montes pascue sunt. Abierunt absq; fortitudine. diuini verbi et virtutum. vbiq; eos error impellit. Ante factiem subsequētis. ante suggestionem diaboli. vt qui minare ad pascua vite gregem domini negligunt: ipsi ad pascua mortis ligati vadūt absq; robore virtutū. decor enim ecclesie in omnibus fidelibus est: sed maxime in sacerdotibus et altari servientibus. secundum Chrys. de hoc extra lib. vij. de immu. eccl. et de re. ec. lxxij. di. per totum. xliij. dis. sit rector. i. q. j. sacrosancta. et c. necesse. Hoc interpretatur oliua. ecclesia primitiva pacifica. Gen. viij. et vincita domini spiritus sancti. Actuum. ii. extra de sacra vnc. c. j. Et recordata est hierusalem dierum afflictionis sue. et prevaricationis omnium desiderabilium suorum: qui habuerat a diebus antiquis: quum tradiceretur (alias caderet) populus eius in manu hostili: et non erat (alias esset) auxiliator. Recordatur anima vel ecclesia afflictionis corporalis et spiritualis et prevaricationis mandatorum pro qua affligitur. recordatur utquam non ad consolationem: s; ad pene erageneratione. sexta illud Sap. v. quod in inferno dicturi sunt

sunt impii. Errauimus a via veritatis: et iustitie lu-  
men nobis non illuxit: sol non est ortus nobis lassa-  
ti sumus in via iniuriantis et perditionis: ambulau-  
mus vias difficiles: quid nobis profuit superbia ac  
dignitatum opulentia: transierunt omnia tanquam vni-  
bra mortis: in malignitate nostra consumpti sumus.  
Uiderunt eam hostes et cetera. Halde caendum est ut  
non solum ab interno iudice sabbata nostra expro-  
breantur: sed etiam ab hostibus deridentur? Si au-  
tem pro vanis nostris cogitationibus sabbata no-  
stra deridentur: quid de illis putandum est: qui quoniam  
domino vacare debeant: etiam flagitiosa committe-  
re non formidant? Si ergo deo vacare volumus ipsi  
soli corde et corpore vacemus. vnde ps. xlv. Hac-  
ate et videte quoniam ego sum deus. Sepe etiam in-  
tuetur ecclesia populum suum cadentem in manus  
hostium. i. demonum. Alius per avaritiam: alius per  
luxuriam cadit: et pro his et similibus deplorans ec-  
clesia: recordatur omnium desiderabilium suorum:  
id est que nobis promissa sunt in celis. vnde et nos  
per labimur: et ipsa peregrinatur. Expono et antepo-  
no textum qui sequitur. Heriserunt sabbata. Sab-  
bata quoque nostra i. festivitates non minus a nobis  
violentur: quam ab hostibus deridentur. vnde et dicitur.  
Ubi est deus eorum: clericorum? extra de vo. et  
vo. re. magne. Unde et dominus odit et projectat festi-  
vitates nostras. Pleni enim homicidiis: inmundici-  
tis: ambitionibus: et cupiditatibus: et avaritiis: et  
odiosis: et sacrilegiis: et sortilegiis: et crapulis: et ebrie-  
tatis: lotis manibus et cruentatis cordibus et co-  
scis: nostra sabbata non dominica celebramus. Esa.  
j. Audite verbum domini principes sodomorum pre-  
lati ecclesie: rectores mutorum a laude: populis go-  
morræ. populus asper. quia Sodoma interpretatur muta.  
Gomorra aspera. i. indebet. Quo mihi multitudinem victimarum vestiarum: dicit dominus?  
que victimæ impie sunt. Proverb. xv. j. q. v. non est  
putanda. xiii. q. v. scriptum. Plenus sum. q. d. fasti-  
dio et nauleo sacrificia vestra. psalms. xlir. Holocausta  
arietum et adipem pinguium et sanguinem agnorum  
et vitulorum et hircorum nolui. Quoniam veneritis an-  
te conspectum meum: quis quesuit hec de manib.  
vestris: ut ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis  
ultra sacrificium frustra. Incensum abominationis  
est mihi. Neomenias et sabbatu et festivitates alias  
non feram. Iniqui sunt cetus vestri. Kalendas ves-  
tras et solennitates et festivitates vestras odiuit ani-  
ma mea: facta sunt mihi molesta et cetera. Et quum exten-  
deritis manus vestras: auertam oculos meos a vo-  
bis: et quum multipliqueaueritis orationes: non eray-  
diam: manus enim vestre sanguine: peccati cuius-  
cumque: plene sunt. Esa. primo. ad hec. pri. quest. j. q.  
sed obijcitur. cum sex. cap. sequentibus usque ad. q.  
cum vita. xlii. distinctio. cap. primo et secundo ter-  
tio. quest. septi. q. idem testatur. cum. capit. sequent.  
usque. q. sed obijcitur. de consecratione distinctione se-  
cunda. qui scelerate. xxiiii. quest. pri. odi. et precede.  
cap. non est putanda. et cap. scriptum. Et omnium  
desiderabilium suorum virtutum celestium promis-  
sorum. que habuimus. anima ecclesia: a diebus an-  
tiquis: in. secundum. primitiva. Psalms. lxv. Logitau-  
dies antiquos et cetera. Quoniam taderet populus eius: cor-  
dis affectus. In manu hostili demonum. Et non  
eret auxiliator: alius non moderat. Deus qui indi-  
gnatus propter peccata nolebat. Uiderunt eam ec-  
clesiam: hostes: demones: deriserunt sabbata eius:

sicut hodie deridemus iudeos cum eorum synago-  
gis et sacrificiis: quoniam eos ex misericordia toleremus. extra de iude. consuluit. et cetera. sicut. et cetera. et iudeos. Iterum viderunt eam hostes: sepe pro peccatis  
a paganis et hereticis vel schismaticis afflita est ec-  
clesia: et sue prenarrationis recordatur in confusio-  
nem suam: et tunc demones sabbata eius derident:  
quoniam eam a bonis feriare vel cum peccatis solenni-  
zare vident. vnde ps. xii. Qui tribulant me exulta-  
bunt si motus fuero. Teth interpretatur vita:  
quod ad hoc respicit. Gemens et conuersa est retro-  
sum. j. Iudeo enim dominus inducit tribulationem,  
ut peccator conuertatur et vivat: conuersio enim pec-  
catoris vera vita est. Ezech. xxxvii. de pe. dist. j. q. hoc  
idem. in prin. Peccatum peccavit iherusalem: pro-  
pterea instabilis facta est. Per diversa vita stare vir-  
tutis est: non stare vel cadere viri vel peccati. Ezech.  
j. Sta supra pedes tuos. l. disti. quid est. Peccatum  
peccavit ecclesia in membris suis aliqua heresi pol-  
luta peccatum infidelitatis peccat: ideoque instabilis  
vagatur: et nulla fidei soliditate fundatur que prius  
fundata erat supra firmam petram. Mat. xv. xx. di-  
stinct. in nouo: propter quod veri catholici spernunt  
eos. Item quodcumque peccatum facit hominem  
vagum et instabilem. Gen. iiiij. Sic itaque versi-  
cayn. Unde angeli vel viri sancti qui prius glorifi-  
ficabant eam despiciunt: ut tandem gemat pecca-  
tum suum: et redeat ad deum: et audiatur vocem mo-  
nentis post tergum. vnde Isa. xxx. Erunt aures tue  
audientes post tergum monentis. Inde maria con-  
uersa retrosum inuenit Jesum quem querebat prius:  
nec inueniebat. Joan. xx. ibi. conuerfa illa. vbi Aug.  
Quia prius conuersa corpore quod non erat putau-  
it: nunc corde conuersa quod erat agnouit. Sic et  
ecclesia in membris suis conuersa retrosum: inuen-  
it christum qui apud eam per peccatum mortuus  
erat sibi: resurrexisse a mortuis: qui vero increduli  
sunt: nec aspiciunt retrosum: usque hodie sicut cayn  
instabiles sunt: et portant confusionis sue signum:  
et in Babylonem id est in confusionem suam ten-  
dunt. Omnes qui glorificabant eam: ecclesiam: he-  
retici applaudentes: vel adulantes, vel angeli vel  
sancti uiri, spreuerunt eam: heresi vel schismate con-  
fusam: vel withis constitupratam. Ad literam hodie  
prelati mali et doctores uestiales ecclesie amicti: hy-  
pocriti qui populum beatificant et seducunt: iuxta il-  
lud. Isa. iiiij. cap. Popule meus: qui beatum te di-  
cunt: ipsi te decipiunt. et Isa. ix. Eterunt qui te bea-  
tificant populum istum seducentes: et qui beatifi-  
cantur precipitati. Ipsi ueraciter spernunt ecclesi-  
am, que eos exaltavit, quia necesse est quod propter  
ignominiam peccati, et prelati subditos et subdit-  
prelatos despiciant et spernant. j. quest. j. multi. iii.  
quest. vii. q. porro. versic. item Grego. Ipsa autem  
gemens: id est sic peccatum agnoscens, et conuersa  
est retrosum, ad deum: quem reliquerat. Conuer-  
fa inquam per penitentiam ad conuersationem ce-  
li unde exciderat, que autem sit uera conuersio: de  
penitentia distinctione. j. q. hoc idem. de penitentia  
distinctione. vii. nullus. Teth interpretatur bo-  
num. Psalmus. cxviii. Bonum mihi quia humiliasti me. Unde sequitur. Uide domine afflictionem  
meam. Bonum enim est peccatorem se cognoscere,  
et cum gemitu et penitentia exclamare. Uide dñe  
Sordes eius i. pedib. eius: non est recordata finis sui

Ecclesie  
pedes.

Pedes ecclesie doctores et prelati sunt: a quibus debet ecclesia portari. Exod. xxvii. Postebat Aaron iniurias filiarum Israel. Roma. xv. debemus firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Item Exo. xxviii. Postebat Aaron nomina filiorum Israel coram domino super vtrungs humerum ob recordationem. Si pedes deberent ducere ecclesiam per viam que christus est. Ioa. xiii. Ego sum via. sed sordibus scelerum inquinati sunt: et sic ecclesia non recordatur finis sui. i. christi: qui est finis ad iustitiam omni credenti. Roma. x. Augu. Ipse finis nostrorum desideriorum erit qui sine fine videbit: si ne fastidio amabitur, sine fatigione laudabitur. Ecclesia etiaz in pedibus. i. in affectibus sordes portat: qz in huius vite miseria nemo est qui sine squalore vitiorum incedat: saltem in pedibus quibus tangitur terra. Inde dominus pedes discipulorum lauit. Joan. xiiij. Ubi Orig. Prestandi sunt pedes. i. mentis affectus lauandi a Iesu: vt sint pedes nostri decori: et presertim quiz emulantes potiora bona. Esa. liij. viij. q. j. olim. Aug. ibi. sed est mundus totus. Joan. xiiij. Lotus vtiqz preter pedes: vel nisi pedes: quos habet opus lauare: homo enim in baptismate totus abluitur: non preter pedes, sed totus omnino: veruntamen quum rebus humanis postea innittitur: terra calcatur. Ipsi igitur humani affectus sine quibus in hac mortalitate non vivuntur: quasi pedes sunt: vbi et humanis rebus afficiuntur. Unde si dixerimus quia peccatum non habemus: nos ipsos seducimus. i. Joan. j. de pen. dist. iiij. si enim. Si autem confiteamur peccata nostra: qui pedes discipulorum lauit: nobis peccata dimittet vslqz ad pedes quibus conuersamur in terra. Item Orige. Impossibile autem puto non contaminari extrema anime et infra eius, quaqz quoad homines perfectus quis esse putetur, plurimi autem et post baptismuz replentur puluere scelerum vslqz ad verticem qui vero legitimi discipuli christi sunt: erga solos pedes indigent lauatione. Item apostolis ait dominus. Executite puluerem de pedibus vestris. Luc. x. et Mat. x. vbi Beda. Per pedes ipsum opus et incessus predicationis significatur: puluis vero quo asperguntur: terrene levitas est cogitationis, a qua ipsi summi doctores immunes esse nequeunt. Pedes autem christus discipulorum idcirco lauit: ut et pulchri essent et mundi: et sic per totum mundum predicaturi discurrerent. De quibus dicitur Lanti. viij. qz pulchri gressus tui in calciamentis filia principis. Et alibi Ephe. vij. Calciati pedes in preparatione euangelij pacis. Sordes autem in pedibus sunt: vita reproba in predicatoribus: qz non recordantur finis sui iudicij futuri. vnde deponuntur vehementer in conspectu dei non habentes spiritum sanctum consolatorem qui alias consolari deberent: conuersi ergo et humiliati clament. vide domine tc. De pedibus autem speciosis euangelizantibus pacem. i. de bonus predicatoribus proficiensibus sibi et ecclesie. Esa. lij. qz pulchri supra montes pedes tc. viij. q. j. olim. De locis pedibus. de conse. dist. iiiij. quando. et c. si eos. ad fi. dist. De his pedibus. Abachuch vlti. Ereditetur diabolus ante pedes eius: quod tunc impletum est: quum ad pedes domini remissa sunt peccata. Abagdalene: et impletur quotidie quum peccator copungitur ad pedes predicatoris. Et dicuntur pedes domini predicatores: qz in eis dominus graditur et gestat.

vñ Beuf. xxvij. Qui appropinquant pedibus et saccipient de doctrina illius. Valde formidat hos pedes diabolus. Unde de pisce qui Tobiam voluit devorare dicit Tobia. v. Malpitare cepit ante pedes. Pisces ille diabolus significat. Tobias christum. Pedes predicatorum vel sacerdotes. Item ecclesia sancta in membris suis sordes habet in pedibus: sordes vitiorum: que celestis vite et pristine conuersationis in sui principio candorez perdidit. vnde dicuntur ei. Consurge Hierusalem: excutere de puluere. Esa. lij. Ecclesia que hodie intantum intendit terris actibus. i. pompis mondani, et deliciis: sordes necesse est ut habeat in pedibus. i. affectibus et actibus. vnde ps. xlviij. Humiliata est in puluere anima nostra. Ab his quotidie lauandi sunt pedes: ne contingat quod sequitur. Oblita est (alias non est recordata) finis sui. Deposita est vehementer: non habens consolatorem. Sed dicat ecclesia captiuam. Vide domine afflictionem meam: ut miserearis: non iniuriam aut peccatum: ut dannes, sed afflictionem: ut liberes. Quoniam erekta est inimicus: diabolus tibi imputans: tibi insultans: quasi non possis nos liberare. vnde Banid ps. iiij. Multo dicunt anime mee: non est salus ipsi in deo eius. Ioth interpretatur principium malorum. s. qz vidit deus gentes ingressas ad sanctuarium suum: quasi hec est precipua causa malorum. Ab anum suam: operationez suggestionis. Misit hostis diabolus. Ad omnia desiderabilia eius: ecclesie sacerdotium, regnum, sanctas actiones: fidem: spem: baptisma: corpus christi et ceteras virtutes. Quia vidit dominus gentes. scz carnales. ps. lxxvij. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam tc. Uel virtus vel sacerdotes carnaliter viventes: et sacerdotium quantum in eis est. j. q. j. quida. ad fi. polluentes. Ingressas in sanctuarium suum: animam: ecclesiam. Exod. xv. Sanctuarium tuum dñe tc. de quibus preceperas ne intrarent sanctuarium tuum: ecclesiam tuam. Exod. xxi. Sacerdos in quo fuerit macula non accedat offerre. xliv. dist. hinc etenim. j. q. j. sacerdotes. Ab anum suam tc. Diabolus audacter manum mittit ad anime desiderabilia et austert virtutum ornamenta: fidem: spem: charitatem: discretionem tc. quod iustus iudei fieri permittit: quia videt gentes: scilicet prauas suggestiones: vidit et cogitationes et voluptates in sanctuarium ecclesie vel anime introire: que debuit ostium mentis claudere: et in cubiculo patrem orare. Mat. vij. vbi August. Per cubicula nostra sunt intelligenda corda nostra: de quibus dicitur in ps. iiiij. Quae dicitis in cordibus vestris et in cubi. vest. compungimini tc. Ostium est carnalis sensus: foris sunt omnia temporalia que per sensum cogitationes nostras penetrant: et turba variorumphantasmatum orantibus obstrepet. In ingredientibus autem gentibus: pudicitia corruptitur: abstinentia eueritur: et princeps coquorum muros anime id est virtutes euertere conatur. xlviij. distinc. s. j. Sic vindictam omnibus bonis suis animam sine consolatore relinquit: sicut legitur Luce decimo. de vulnerato a latronibus spoliato et in uniuero relicto. Contra tales d. ps. lxxvij. Tradidit in aptitudinem virtutem eorum et pulchritudinem eorum in manus inimici. Item hostis antiquus ad desiderabilia ecclesie manum mittit. in membris ipsius fidem corruptens: corpus et sanguinem dominii indigne contrectari

trectari suggesterens, uasa preciosa, i. uoes christi quasi lupus deuultans. Et causa tanti mali redditur: quia gentes carnem amantes, quasi preputium retinentes, et christi circumcisionem non habentes, ministri altaris constituntur. Hier. ix. Uisitabo super omnes qui attonsi sunt in comam habitantes in deserto. Iste sunt clerici et religiosi habitantes in ecclesia solitari in oratione vel in claustro: qz quasi omnes habent preputium proprietatis proprie voluntatis et voluptatis, more incircumcisorum viventes spiritualiter laicorum: de qua circuncisione spirituali Beutero. x. Circuncidite preputia cordis. et Act. vii. etiam incircumcis cordibus et auribus. et Hier. iiiij. Circumcidimini domino, et austere preputia cordium vestrorum. Laph interpretatur manus: de qua dictum est: supra proxime. Abanu suam: ex cuius tactu clamat vox prophete. Omnis populus eius gemens: ecclesia angustia tribulationis vitiorum et tentationum: maxime isto tempore carnali et hypocritali. Querens panem: delectationis carnis: de quo pane dixi supra in c. iiij. in oratione Hier. recordare: super verbo: et saturerum panibus: non panem verbi dei. Adatf. iiiij. Luce. iiiij. Beuter. viij. Non in solo pane vivit homo. et vbi Rabanus. Testimonium autem hoc ex Beutero. sumptum est viij. c. ergo si quis non vescitur verbo dei: iste non vivit: quia sicut corpus non vivit sine terreno cibo: ita anima vivere non potest sine verbo dei. Procedere autem verbum dei de ore dicitur: quum voluntatem suam per scripturam testimonial revelat. Be ista fame verbi dei. viij. quest. i. audacter. Bederunt queqz preciosa: celestia pro terrenis: virtutes pro vitis: pro cibo: voluptate carnali: ad refocillandas non satiandam animaz animalitate. Ber. Nec animus vanitate, nec voluptate corpus aliquando satiat. Unde Osee. iiiij. Fornicati sunt: et non cessauerunt. Ubi Hierony. Voluptas insatiabilis est: habita irritat, famem non saturitatem parit. Aug. De lectatio presens non satiat: preterita non deleat: futura cruciat. Idem. Hoc enim est voluptas fornicationis: sed perpetua est pena fornicatoris: quantuz enim beata Maria virgo purissima morabitur in celo: tantum anima fornicatoris torquebitur in inferno. Quia autem anima frequenter ponatur pro animalitate et sensualitate. Actuum. xx. Non facio animam meam preciosorem quam me. Ioa. vij. Et qui perdidit animam suam. et. Aude domine: per compassionem. Vox ecclesie vitis tribulate. Facturam tuam: non iniquitatem meam: ut perdas me: quoniam facta sum vilis peccato. Vilis efficitur ecclesia quum crescente numero malorum: non summa petit et celestia: sed infima et terrena. Hier. iiij. Quia vallis facta es nimis iterans vias tuas. Seneca. Si scirez deos ignoscituros et homines ignoraturos: adhuc dignarer peccare. Ambro. Hoc enim homo ubi grandis et preciosus es. Uilem te terra monstrat: sed preciosum te faciet imago, quid enim tam preciosus quam imago dei: quam timens: homo iure vocaris: hominis vero nomen amittis: quum eadem neglecta in vita cadis. Lamech disciplina vel contrito interpretatur, quod enim propheta luget: alijs disciplina est: et contrito cordis: ut lugeant sancti simili modo. O vos omnes sancti: qui transitis per viam, celeriter: non habentes hic manentem ciuitatem. Hebre. x. Nam christum. Ioa. viiiij. Ego sum via veritas. Attende, compatiendi corde. Et vide-

te charitatis intentionem. Si est dolor tc. iij. Corinth. xj. Quis infirmatur: et ego non infirmor? quis scandalizatur: et ego non furor? Conqueritur ecclesia vel anima preuaricatrix. Sicut dolor meus: pro terrenis celestia perdi: quoniam vindemiauit me bonis virtutum: ut locutus est dominus: qui non meritatur: per prophetas: in die furoris sui iudicij qz exacerbavit eum. O vos omnes tc. Ecclesia que parit et generat et nutrit et lactat: pro omnibus contristatur: teneros lactat: aueros reuocat: pigros expectat: precipites ut preuideant castigat: ne quem hostis extra castra inueniat: dum ipsa ordinato agmine ad patriam festinat. Vident dolorem meum. Filios educare volui, et educere de miseria exilio; et perducere ad gaudia celi: sed multi errant: multi exasperant: multi languent: pauci sunt qui venire queant: pro omnibus lugeo: pro omnibus vror: vident ergo si est dolor sicut dolor meus. Tendite oculum ad extremi iudicij diem: de quo ps. vi. et. xxxvij. Domine in furore tuo arguas me: quando redcet vinculum secundum opera sua. Item O vos omnes tc. Pascasius. Ecclesia in membris et filiis pregrauita vitiis: non tam omnino exectata: videns bonus filios ad patriam festinantes per viam virtutis: cum ingenti merore exclamat. O vos omnes tc. vident quibus passionibus subiaceam: quoniam vindemiauit me dominus: in filiis bona virtutis iusto iudicio abstulit: quibus me quasi sponsam decorauit: in die furoris sui exacerbatus malis filiorum meorum. Vos ergo filii qui transitis per viam idest qui presentem despiciatis vitam: tendentes in viam veram: que christus est: vident si est dolor: sicut dolor meus: celestia amisi in quibusdam filiis, thesaurizani mihi iram. Roma. iij. ibi. Thesaurizas tibi iram tc. pro eis in die iudicij: et grauor malis in eis: non vobiscum possum festinare ad gaudia celi. Hali etiam filii qui pretergrediuntur viam mandatorum dei: iuxta illud. Psals. cxvij. viam mandatorum tuorum cucurri tc. vindemiant bonis racemis vienam: ecclesiam, que est vinea domini Sabaoth. Esa. v. et paucos bonos ibi racemos dimittunt. vnde et sponsus christi pro ea conqueritur, dicens Adichee. vij. Ne mihi, quia factus sum sicut qui colligit spicam in mense, et sicut racemus in vindemiam tc. xvij. quest. vij. et hec diximus. Idem interpretatur ex ipsis, scilicet donis spiritus sancti eruditur ecclesia. De excelso: alto consilio diuino. Psals. cij. Prosperit de excelso sancto suo tc. Missit ignem, spiritus sancti. Actuum. ii. Apparuerunt dispergente lingue tamquam ignis. Luce. vij. Ignem veni mittere tc. Hic ignis sanctus vires non comburens, spirituales viros illuminat ad cognitionem veritatis, inflammat ad amorem bonitatis, et confirmat ad tolerantiam aduersitatis. vnde Ecclesiast. xluij. Tripliciter sol exurens montes idest Christus perfectos viros igne spiritus sancti: illuminando rationem, accendendo voluntatem: corroborando infirmitatem. De excelso idest a patre. Ioa. xv. quem ego mittam vobis a patre. Iste sunt illi tres panes quos petit homo amicus a Christo amico. Luce vndecimo. Deficit ratio per ignorantiam veritatis, languet uoluntas per inediem affectionis, infirmatur caro per inopiam fortitudinis. Nam et ratio minus intelligit quod agendum sunt, et uoluntas minus diligat intellecta, et adhuc corpore quod corrupit agrauat animam. Sap. ix. ut non quecumque uolumus illa facia,

mus. Tres ergo, panes sunt, veritas, charitas: fortitudo. Commoda ergo christe amice tres panes mis hi, et intelligam, diligam, faciam voluntatem tuam, sic enim vivitur, et in talibus vita spiritus mei, sum Bern. hec per te christe missus dabit spiritus sanctus?

Sicut autem pater excellus propter authoritatem principij: quod ipse a nullo. Alio persone, scilicet filius et spiritus sanctus existunt ab eo, nec propter hoc ponitur ordo dignitatis in trinitate: ut pater sit maior filio: ut mentitur Arius, seu spiritus sancto, ut mensintur Bonatiste, assertentes minorem patrem filium: et minorem filio spiritum sanctum. xxiiij. q. iij. quidam vero donatiste, et vero boetiani, sed est ibi ordo nature, sicut ait Aug. qui ordo non ponit gradum in personis summi essentiam: sed summi proprietates personales: quibus persone adiuicem distinguuntur, ut persona patris sit que a nullo est, et a qua sunt alie persone, et sumus hoc dicitur pater excellus: non tamen filius vel spiritus sanctus est inferior eo, quam omnimoda equalitas et coeternitas est in personis diuinis: nec alter est alteri prior tempore, vel dignitate, extra de summa. tri. c. h. Ossibus meis, scilicet apostolis fortioribus. Ossa dicuntur apostoli propter sustentationem et rectificationem corporis, et sunt dura et secia, tales igitur extiterunt apostoli: super quos fundavit dominus ecclesiam suam. xxi. dist. in novo. extra de elec. fundamenta. lib. vi. j. Reg. ii. Posuit super eos orbem. Job. xxx. Ubi eras quando ponebas fundamenta terre id est ecclesie: que firma est fundata supra christum? Adat. xvij. xix. dist. ita dominus. Fundamenta apostolos, precepit fundamenta, quos tandem lapides preciosos posuit in ecclesie fundamento: per hos sustentatur et rectificatur corpus ecclesie: sustentatur meritis et intercessionibus: rectificatur fide et moribus. Huius etiam extiterunt per tolerantiam: iuxta illud. ps. xxvij. Unus ex his non conteretur. Grego. Occidi posunt: flecti nequeunt. Sicut etiam per temperantiam. ii. ad Corinth. x. In carne ambulantes non sumus carne militamus. Item misit ignem, diuinam vindictam, de qua Job. i. Ignis dei descendit de celo et c. i. iij. Reg. i. descendit ignis et xxvij. q. iij. q. christus, et c. ea vindicta. Ignem inquam, aereas potestates, quod de ore eorum lampades procedunt sicut tenebris ignis acescere: halitus eorum prunas ardere faciunt, et flamma de ore eorum egreditur. Job. xlj. In ossibus meis: ut fortia, scilicet prelatos interius exteriusque affligant, et sic erudiantur qui deum blandientem audire noluerunt. Unde addit. Et erudit me. Esa. xxvij. Uxatio dabit intellectum auditui. Expandit rete pedibus meis, ne post voluptates et desideria vana usque ad finem vite irem. Conuertit me retrosum: ne per angustias et tribulationes vadam. Posuit me desolata. Amos. iii. Tantummodo vos cognoui ex oibus cognitionibus terre: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Item ecclesia collecta de iudeis et gentibus dicit. De excelso misit ignem et c. spiritum sanctum: sum quod corroboratur ecclesia virtutibus: et eruditur diuinatus: ne ultra idolis seruat: vel mundi delicias querat, casta vivat: casta timeat: et ex ipsis erubescat vitiis quibus servierat. Roma. vi. ibi. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? de pen. dist. j. quem penitet. Expandit illius rete scilicet predicationis. Luke. v. Lauabant retia: et iterum. Laxate retia vestra in capturam. Beda. Piscatores sunt predicatorum ecclesie et doctores: qui nos per rete fidei comprehendunt.

et quasi litora, sic terre vincenti adueniunt. Sed hec retia modo laxatur in capturam: modo lota pli cantur: quod non omne tempus est habile doctrine: sed nunc exercenda est lingua doctoris: nunc sibimet cura gerenda. Ibi etiam Amb. Que sunt apostolorum que laxari iubentur retia: nisi verborum complexiones: et quasi quidam orationis simus: et disputationis recessus: qui eos quos ceperint non amittant? Et bene apostolica instrumenta piscandi retia sunt, que non captos perimunt sed reseruant: et fluctuantes de infinis ad superna traducunt. Unde et retia piscatorum: sunt eloquia predicatorum: de fide et moribus et diversis authoritatibus virtutis testamenti complexa. Abachuc. i. Facies hominis quasi pisces maris. Bene ergo expanditur rete predicationis, ne ecclesia vadat post vanitates errorum et concupiscentias. Pedibus meis: voluntatibus: prauis affectibus. Conuertit me retrosum: de virtutis ad virtutes, de infidelitate ad fidem. Retrosum: ut audirem vocem post tergum monentis. Esa. xxx. Conuertit etiam me retrosum: ut post ipsum irem: et non perirem. Hoc rete apostolis et viris apostolicis est commissum: ut de mari huius mundi pisces homines extrahant. Luce quinto. Pedibus. Psalms. cxvij. Ab omni via mala prohibui pedes meos. Posuit me desolatam: terreno solatio: et presentis vite dolore, et desiderio future. unde. ps. xlj. Fuerunt mihi lacryme et c. Lota die: omni tempore. Herore confectam: dolore scilicet presentium tribulationum: et amore futurorum bonorum. Et tanto fortius merore confecta: pro filiis plagit ecclesia: et presentis vite consolationem non recipit: quanto verius in eis per vanam desideria peruerse considerat aberrasse. Unde ad Rom. vi. Sicut exhibuisti mea vestra et c. xlvi. distin. omnes. Num semper num interpretatur. Deinde. xxvij. pronocatur dominus ad vindictam. in Lanti. Audite. Si acero ut fulgur gladium meum. Vigilauit: quasi vindictam: punit que dormire videbatur. Jugum: de quo xx. c. Hiero. Conteram iugum eius de collo tuo: supponendum mihi. Iniquitatum mearum: que ex me sunt. ps. l. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. In manu eius in retributione domini. Jugum ecclesie vigilat in manu domini: que se sceleribus suis membris subdidit: nisi quotidie penitendo, ponat ea coram oculis suis. unde. ps. Et peccatum meum contra me est semper. de pen. distin. j. et venit. Voluit enim David vigilare, et peccata fletibus abluere, ne vigilaret iugum eorum in manu domini. unde dixit. Anerte faciem tuam a peccatis meis. q. d. vi. in manibus tuis vigilat, sed ut ego pro peccata mea vigilat: et fletibus purgem: ne conuolutas iniquitates imponas collo meo: nec me des in manu de qua non potero surgere. Itē dñs ecclia temptationibus quatitur: vigilat in manu domini iugum iniquitatis eius: et hostibus tam visibilibus quam inuisibilibus subiicitur: amissis monili bus quod sibi dederat in ornamenti sponsus: unde ingebili vinculo: tandem suffocado: sicut laqueus Iude. de pe. disti. iij. scelerat. Collo meo: tandem graue pōdus. Esa. iii. Quia filies ioniae in ecclia: ambulauerunt extento collo auferenda esse oia ornamenta dicit: et inter cetera: torquens et monilia. Torques in pectus pedestes: intelligentia metis demonstrat. Aldo monilia: oia ornamenta spūlia significat: quod amissis viri ecclesiastici mulierib[us] affectu ambulant extento collo

collo: et nutibus oculo: us loquuntur: et plaudentes  
 manibus et pedibus composito gradu incedunt, se  
 culi gloriam sectantes, contra illud. xl. dist. clericus.  
 et. q. vlt. Jure ergo iugo iniuitatum premitur, qui  
 tantis ornamenti virtutum spoliatur. unde conuo-  
 lute iniuitates, vinculo insolubili planguntur: et is-  
 posite collo eius quibus quedam membra eius sus-  
 focantur: sicut Judam se laqueo suspendisse legim?  
 de pen. dist. iiij. iudas. Unde addit ecclesia. Infirmas-  
 tas est virtus mea, ut non possunt resistere. ps. xxx. In-  
 firmata est in paupertate virtus mea. Dedit me dñs,  
 dari pmsit. xxij. q. iiiij. q. vasis. iusto iudicio dei. In  
 manu diaboli. Be qua non potero surgere, per me.  
 unde non adiiciet ut resurgat virgo filia Israel. In-  
 firmata est in qua virtus mea, q. impij traduntur in  
 eternum: ubi vermis eorum non moritur, et ignis non  
 extinguitur. Esa. vlt. Mat. ix. vbi Chryso. Non de-  
 sensibili verme hoc dicit, sed verme conscientia vo-  
 cat mordentem animam: q. sit non operata bonum: vnu-  
 quisq; enim suispius accusator fiet, rememorans q.  
 gessit in vita mortali: et sic eorum vermis immorta-  
 lis permanet. Sicut superior sententia que Adem  
 intitulatur. i. ex ipisis, que scilicet dñs misit de celo,  
 conuertit eam ad penitentiam ita ex iugo iniuita-  
 tum eius. Num quod sempiternu interpretatur, im-  
 pegit in interitu: ut iusto dei iudicio km impenites  
 cor suu sempiternu incurrat supplicium: non q. ec-  
 clesia ad vitam predestinata. xxij. q. iiiij. obtineri, cu  
 c. le. his tradatur supplicijs: sed que in mebris suis  
 accidunt imputat sibi ac plangit. Jugum etiam  
 iniuitatis est dormire in nequicie temporis, secure  
 et impune quiescere: sed vigilat inq; rc. Unde Hier-  
 rej. Virgam vigilantem ego video, cui dñs. Vigila-  
 bo ego super verbo meo: ut faciat illud. Nobis eni  
 torquentibus, peccata latent: sed in manu dñi vigi-  
 lat: dum nos ad vindictam iuste retributionis accu-  
 sant. vii Gen. iiiij. Vox sanguinis tui clamat ad me  
 de terra. Job dicit ad dominum. xij. c. Signasti qsi  
 in sacculo peccata mea. Osee. viij. Colligata est ini-  
 quitas effraim: ad similitudinem pecunie: q. postq;  
 numerata est: ligatur in sacculo et signatur. Et con-  
 uolute sunt: quasi pondus ad primendum. Et im-  
 posite collo meo: pro torque aurea: funiculo iniui-  
 tatis circundantur. unde Proverb. v. c. Iniuita-  
 tes sue capiunt impium: et funibus peccatorum suorum  
 constringitur. Samuech adiutoriorum interpretat:  
 sez dei qd quasi hodie propter peccata nimia subla-  
 tu est. Abstulit dñs oes magnificos meos: non dei:  
 de quibus depositus potentes de sede. Lue. j. His d  
 medio mei iusto iudicio. Vocavit aduersus me tps:  
 qui dum distulerat. i. tpe accepto affligat me: q. non  
 punit ante pmi: et expectat post pmi. ps. lxij. Eu  
 accepero tps: ego iusticias iudicabo. Ber. Quid de  
 iniustiis cum iusticie indicabatur? Sed hoc ideo:  
 q. quasi pannus menstruate omnes iusticie nostre.  
 Esa. lxij. vt conterat electos meos: non dei quos  
 ipse nouit. Joan. x. Lognosco oves meas. ps. ix. Lo-  
 gnosetur dominus indicia faciens. Ber. Qui nunc  
 ignoratur misericordiam querens electos prelatos:  
 vel qui videbantur virtutibus eminentiores: vel co-  
 natu mentis excellentes. Unde Esa. iiij. Aufert a hie-  
 rusalem validuz et fortem: et omne robur panis. ver-  
 bi dei scilicet: et omne robur aque: scilicet sapientie  
 salutaris. Eccl. xv. Fortem et virum bellatozem iu-  
 dicem et prophetam rc. et sicut fecisse in Hierusalem  
 legimus: sic hodie in ecclesia angeli clamat custodes

eius: transseamus ex his sedibus. et dicunt Hier. li.  
 Curauimus babylonem: ecclesia in mebris consulam:  
 et non est sanata: derelinquam eam. Item abstul-  
 lit et. Quotiens ecclesia queritur: totiens tribula-  
 tionibus agitatur: vel hereticoz isidij impugnat.  
 vni merito plangit dicens. Abstulit dñs oes magni-  
 ficos: sepe enim in toto orbe perpauci remanserunt  
 magnifici: qui sana doctrina defenderent causaz si-  
 dei. Vocavit aduersum eam tps: peccatis exigenti-  
 bus: tps vindicte. Adducit dñs ut conte. elec. eius:  
 q. non est qui defendat vel miruz ponat pro domo  
 Israel. Ezech. xij. et. xlij. dist. sit rector. in princ.  
 Zyn interpretatur fons vel oculus. Qui enim chri-  
 stus prelū crucis preslit: de christi latere fons emis-  
 sanit. unde et continuo exiuit sanguis et aqua. Joa.  
 xij. extra de cele. mis. in quadam. de sum. tri. in cle. c.  
 vnico. Hoc fonte lauaf sponsa ecclia sponsi complexi-  
 bus socianda. vni idem Joan. xij. Latus eius apes-  
 ruit. Augu. Vigilanti verbo enangelista vsus est: ut  
 non diceret latus eius percussit aut vulnerarit: sed  
 aperuit: ut illic quodammodo vite ostium pandere  
 tur: unde sacramenta ecclie emanauerunt: sine qz  
 bus ad vitam: que vere vita est: non intratur. unde  
 sequitur. Et cotinuo exiuit sanguis et aqua. Ille san-  
 guis in remissionē fusus est peccator. A qua illa salu-  
 tare teperat poculū. Hec lanacru prestat et potū: hec  
 prenuntiauerat q. Noe in latere arce ostium facere  
 iussus est quo intrarent aialia que non erant diluvio  
 peritura: quibus prefigurabatur ecclia: propter  
 hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis:  
 et hic scds Adaz inclinatus in cruce dormiuit ut in-  
 de formaretur eius coniunx: per id de latere dormie-  
 tis effluit: o mors: unde mortui reuulsunt. Quid  
 isto sanguine mundius? quid isto vulnere salubris?  
 Chryso. q. hinc suscipiunt principium sacra myste-  
 ria: quum ad tremendum calicem ut ab ipsa bibitu  
 rus christi costa accedas. de hoc extra de cele. mis. in  
 quadā. extra in clemē. de fide. c. j. sacrosancte. Zyn  
 etiam interpretatur oculus. Non immerito de hoc  
 fonte oculus inebriatus: aquā lacrymarū deducit.  
 ps. cxvij. Exiit aquarium decluxerunt oculi mei.  
 Torcular crucis. unde Esa. lxij. Torcular calcavi so-  
 lus: oes enim apostoli relicto eo fugerunt. Matth.  
 xxvj. Mar. xij. Luc. xxij. i. dolores crucis patienti  
 animo superauian qua preslus fu: sicut: tua premi-  
 solet in torculari. Mat. xxij. Et fodit in ea torcular.  
 Torcular calcavit dominus virginī filie iuda syna-  
 goze vel anime confitenti. Ideo ego ploras. vor  
 ecclie: et oculus meus deducens aquam fontem la-  
 chrymarum: alludit litere Zyn q. oculus dicitur ut  
 dixi: quia longe factus est a me consolator: paracle-  
 tus: oes alij consolatores onerosi sunt. Job. xvij. in  
 prin. conuertens ad bonum. s. animam meā vacan-  
 tem et errantem: facti sunt filii mei perditū. Ad literā  
 propter peccatum in guerris et inter se et in corpore  
 et in anima frequenter vel opera mala: de quibus fi-  
 lis Mat. xvij. ibi. Iussit eum dñs ve. et vro. eius et  
 filios: quoniam conualluit inimicus diabolus. Mat.  
 xij. Inimicus homo fecit. Itē torcular rc. Quis  
 quis doctorem sibi eccliam commissam: minus  
 conuerti viderit: de fonte amoris hauriat: unde la-  
 chrymae producat donec consolatorem et conuer-  
 tentem paracletum reducat: alioquin inualecente  
 inimico sunt filii eius perditū: q. s. nondum ablacta-  
 ti: nondū in virū perfectū sunt pducti: sed pgnātes  
 sunt. Mat. xxij. Ut torcular secūm Pasearium

vltionem significat et peccatorum supplicia. *Esa. ixij.*  
*Torcular calcaui solus, illud scilicet quo malis sup-*  
*plicie, bonus premia calcantur, hoc solus dominus*  
*calcauit, qd nullum adiutorium habuit, neq; enim an-*  
*gelus: neq; archangelus corpus humanum assun-*  
*psit: vt pro nobis moriens aduersarii nostri fortitu-*  
*dinem calcaret at qd contereret. Hoc torcular calcaz-*  
*uit dominus in passione sua virginis filie iudea ecclae-*  
*sie et synagoge: vt credentibus premia: et incredulis*  
*et crucifigentibus perpetue captivitatis et eterne da-*  
*nationis effunderet supplicia. Torcular etiam do-*  
*minus calcat quando ecclae sterilis et absq; operis*  
*bus vacue et otiose penam et tribulationem infligit,*  
*vnde sequitur. Idecirco ego plo. qd sentit se amissus*  
*consolatorem: et impenitentem ruere: vbi erit fletus*  
*et stridor dentium. Matth. viij. et xij. xxij. et xxv. Et*  
*Luc. xij. vbi ingens anima fletus describitur: vt si-*  
*bi sciat post mundi huius vanam letitiam, omnem*  
*consolationem defutram: vbi filii perdentur: quia*  
*fructus malorum dissipabitur: solus inualescit ini-*  
*micus. Hoc interpretatur os, dum Syoni ecclae-*  
*lia manus suas expandit inter angustias, significat*  
*q; ore non valet exprimere quod patitur in corde*  
*dum sit sine consolatore. Expandit Syon manus*  
*suis, ecclae quasi parturiens: vt quod non valet*  
*ore: significet manuum extensione, sicut Moyses*  
*manus extendens ad deum. Exo. xvij. xxxij. distin-*  
*squis, et non est qui consoletur ea. ps. lxxij. Renuit*  
*consolari anima mea, amissus vero consolatore. Ha-*  
*davit dominus iuste dissipando aduersus Jacob in*  
*circitu eius, ecclae solo nomine gloriantem: et*  
*demones non supplantantes hostes eius demones,*  
*facta est Hierusalem ecclae quasi polluta menstruis*  
*in membris vana gloria: dum nobis attribuimus*  
*bona ex ipsa vanitate: sicut menstruius quicquid tan-*  
*gimus, polluimus: et sicut abominabilis est mulier*  
*dum menstrua patitur: sic hodie magna pars christia-*  
*norum alijs gentibus. Item quotiens ecclae*  
*hereticorum vel schismaticorum vel falsorum christia-*  
*norum publicorum vallatur exercitu: dominus*  
*aduersus Jacob, ecclae scilicet que debet vitia*  
*supplantare contra eam instaurat inimicorum exer-*  
*citus: qd spiritum sanctum consolatorem amisit et*  
*doctorem sine quo nullus ad fidem eruditur. nullus*  
*a vitiis relevatur. ideo expedit manus suas in presa-*  
*suras et dolores, nec est ei vlla vox doloris digna: qd*  
*possit hostium dogmata vincere et sua defendere. vnde*  
*sepe fit polluta feditate carnalium operum et san-*  
*guine carnalium desideriorum inter hostes, quibus*  
*interius et exterius impugnatur. Unde ve pregnan-*  
*tibus et nutrientibus in illa die. Matth. xxij. pre-*  
*gnantes dicuntur anime que concipiunt bonum pro-*  
*positum: sed non ponunt in opere nutrientes: qui*  
*adhuc opus imperfectum habent: tales in magnis*  
*temptationibus deficiunt. Item expandit et ecclae*  
*que est speculum dei in terris et vitorum suppli-*  
*tatrix: quum propter iniquitatem traditur in mem-  
 bris spiritualibus nequicuus frustra querit consola-  
 torem extra quem careat eo intra. Merito ergo man-  
 davit dominus aduersus Jacob ecclae quondam  
 vitia supplantantem: nunc exterius gloriantem. vnde  
 in circuitu spirituales hostes obseruantur: ne  
 possit effugere, que sepe se vallatam videns expedit  
 manus suas inter angustias cogitationum, nec enim  
 est ei vox oris nec vlla excusatio sermonis: qd men-  
 struis in membris polluta. i. cruentis operibus ma-*

culata: a quibus nunquam sine consolatore paraclete li-  
 berabitur: quum etiam propheta testetur, qd omnes  
 iustitiae nostre, sic sunt coram eo: sicut pannus men-  
 struatus. *Esa. lviii.* Sade iustitia interpretatur: si-  
 gnificat qd iustitiae dei iuste: quod bene his ve bis  
 ostenditur. Justus est dominus quasi iusta sententia ore  
 domini contra me proleta, iustus dominus in oibus vijs suis.  
*ps. cxliij.* Quia os eius verbum atris. *Lant. i.* Oscu-  
 letur me osculooris sui. i. filii verbi incarnati, sic ex-  
 ponit ibi Bern. vel predicasores. *Hiere. xv.* Si sepa-  
 raueris preciosum a vilis: quasi os meu eris, vel pro-  
 phetas. *Hiere. j.* Ecce deus verba mea in ore tuo, vel  
 presentiam. Ad iracundiam provocat ecclae peccan-  
 do in membris. Audite obsecro aure cordis: quod est  
 intelligere. *Matth. xv.* Audite et intelligite universi  
 populi dolorem meu: non transeuntes per viam vesti-  
 pra, et videte diligenter considerate. *ps. xlviij.* Audi  
 filia et vide, virgines mee et iuuenes mei: virgines  
 enim nec alium ledere: nec se defendere posunt: vir-  
 gines caste intentiones: abiuerunt in captiuitatem:  
 sensum exteriorum cum quibus cibum recipit be-  
 stiarum. *bm. Isaac:* qui ait am captiuat sub iugo suo.  
*Luc. xij. ibi.* Inga boum emi quinque, quod exponi-  
 tur de curiositate. v. sensum. Iustus est dominus et ecclae  
 sia que superius oris iudicium periret: que os domini  
 in scripturis sanctis: ad iracundiam provocauit  
 dicitur confiteri: iustus est dominus: nihil enim sine cau-  
 sa sit super terras: et in magna dei republika: nihil si-  
 ne prouidentia dei sit. *xxvj.* q. v. nec mirum: ultra co-  
 lum, ver. nec ideo quisque: quia os eius: non qd huma-  
 na membra habeat deus: si cut dicunt heretici antro  
 pomorphite. *xxvij.* q. u. qui am. ver. antropomor-  
 phite. Sed sicut tropice adscribuntur ei humani af-  
 fectus: ita et membra. Per os vel bim de ore patris  
 progenitus significatur. *Lant. i.* Osculetur me oscu-  
 looris sui: ac si dicat: flagitiis meis iustum iudicium  
 provocauit natura clemens est: compuli contra me du-  
 ram ferre sententiam. Audite ergo vii: populi et cetera  
 calamitatem suam duplcam pensat et inestabilem: vnde  
 ad condolendum inuitat ut multorum compas-  
 sione anxietas leuior fiat, et vt eorum sit una passio.  
*ij. Corint. xj.* Quis infirmatur et ego non infirmor?  
*Rom. xj.* Gaudete cum gaudentibus: flete cum fleti-  
 bus, quorum est una nature conditio: talis quippe  
 est nature affectus ut dolores nostri et gaudi con-  
 sortes queramus: quorum participatione facilius se-  
 ramus. vnde *Luc. xv.* Longatulamini inibi quia  
 iuueni ouem et cetera, virgines de quibus dicitur. *ij. ad*  
*Corinth. xj. et xxvij. q. j.* nuptiarum: sed iste satue de  
 quibus *Matth. xxv. et xxvij. q. v.* si paulus: iuuenes  
 quos in fonte baptismi regenerat mater ecclesia: de  
 con. distinc. iij. master ecclesia: tales bone virgines:  
 et iuuenes laudant dominum. *ps. cxlvij.* iuuenes et  
 virgines et cetera, sed mutati in malum videntur igne ma-  
 xime luxurie. vnde *ps. lxxvij.* iuuenes eorum come-  
 dit ignis: et virgines eorum non sunt lanen. et cetera. *Mat-*  
*th. xxv.* aut heretica prauitate corruptiuntur: aut vi-  
 tis constuprantur: non loco: sed mente in Babylone  
 id est in confusionem eaptiuantur: qui enim  
 adheret meretrici: vnum corpus efficitur cum ea. *j.*  
 ad *Corinth. vij.* de talibus virginibus cadentibus.  
*Amos. v.* virgo Israel cecidit. et *Amos. viij.* et vir-  
 gines bone deficient: iste sunt sine oleo. *Matth. xxv.*  
*Esa. xvij.* descendit et sede in terra: virgo filia  
 Babylonis: de his omnibus. *xxxij.* quest. vi. si pau-

Grego. carnis delectatio mentem quaz inficit ob-  
scurat. Ioth. Sederunt humiliati in terra. in ter-  
renis ecclesia in malis membris filia Babylonis.  
Esa. xlviij. xxxij. q. v. si paul. ibi. sede in terra. Conti-  
cuerunt senes: quibus dicitur inueterate dieruz malos-  
rum. Banie. iii. ii. q. vii. paulus. et senes ab etate filie  
Syon. contemplationis: filie solo nomine. consper-  
serunt cinere terrena voluptate. Gen. xvij. Loquar  
ad dominum quum sum pulsus et cenis: capita: me-  
tes sua extra de sacra vnc. e. i. versi. per caput virgi-  
nes satue. Mat. xxv. xxxij. q. v. si paulus. Hierusalē  
ecclesia visio pacis: accincti sunt cilicis habitu pe-  
nitentie. Job. xvj. Ago penitentiaz in fauilla et cine  
reybi Greg. In fauilla et cinere penitentiam agere  
nihil aliud est quam fauillam cineremque se cognoscere. Hester. iii. Planctus ingens erat apud. Ju-  
deos: eiunium: vulnatus. fletus. lacco et cinere multis  
prostrato utentibus: et de ipsa hester Hester. xij.  
Pro vnguentis varijs. cinere et stercore impletuit  
caput. Hiero. Linis et cilitium arma sunt peniten-  
tium. l. di. in cap. Abierunt in terra. in terrena. capi-  
ta mentes sua virgines Juda solo nomine amissi  
sponsi. Iterum sederunt et senes in ecclesia. Bei  
merito tacent: quoniam in terra sedent. Hieremias  
propheta luget eos quos Greci vocant presbyteros  
nullo etatis opere. decoratos. lxxvij. dist. porro. qui  
satui in terra sedent: dum terrenis inherent: quibus  
dicitur semen Chanaan et non Juda et. Ban. xij.  
virgines Juda et Hierusalez idem significant: quia  
renatorum anime celestis Hierusalem filie sunt. he  
sunt filie Jude: idest confessionis et filie Syon: idest  
divine contemplationis: quibus dicitur Lanti. ii.  
Adiuro vos filie Hierusalem: sed he non cinere se as-  
pergunt: nec cilitio se induunt: que composite et or-  
nate festinant ad sponsi amplexum: sed iste sunt filie  
solo nomine et sacramento que ceciderunt in here-  
sim aut schisma de throno regni: aut prolapso sunt  
in puluere terrene actionius: quibus oppilatum est  
os in eadem audent lenare oculos quarum ea-  
pita: idest mentes pulueris operibus asperguntur.

Laph. Defecerunt pre lacrymis oculi mei: pro-  
uisores rationis. ps. lxxvij. Defecerunt oculi mei dū  
spero in Deum meum. i. Reg. xxx. Et planixerunt  
donec deficerent in eis lacryme. Conturbata sunt  
viscera mea. conceptione cogitationum. Effusum  
est in terra iecur meum. diuites curis et voluptatibus  
seruentes. Jecur luxus concupiscentiarum: super  
contritionem filie populi mei: ecclesia dicitur ma-  
ter et filia quandoque de cō. di. i. ecclesia. Nam catho-  
licorum collectio: que est ecclesia: per episcoporum  
predicationem generatur. xxxij. q. iii. recurrit: et le-  
gitur: et no. lxxvij. di. quorum vices. glos. ecclesia er-  
go duz deficeret parvulus. ps. lxxij. Zelau super ini-

quos pacem peccatorum videns. Parvulus: fide  
lactens sensus exfenuatus. parvulus et lactens. i. ad  
Cor. ij. quibus etas et innocentia misericordiaz im-  
petrat. d. Iterum defecerunt ecclesia cum Hieremias  
ad lacrymas: quasi ad remediu[m] doloris recur-  
rit: et se in lacrymas pro membris suis profudit  
dicens. defecerūt te. Conturbata sunt viscera mea:  
per hec multitudo fideliū accipitur: que diuinis  
alimentis quotidie infra vterum ecclesie repletur:  
sed pressurarum tentatione aut morum prauitate  
quasi matre turbatur pro quibus maiores et fi-  
de robustiores solliciti sunt. unde dicite ecclesia. Con-  
turbata sunt viscera. es. est in terra. iecur: per iecur locuple-  
tes intelliguntur: qui in ecclesia voluptatibus deser-  
uiunt: aiunt enim physici. quod in iecore voluptas:  
et concupiscentia habeantur. Quin hi per vanam de-  
sideria se effundunt: ut laxent frena. concupiscen-  
tiarum iecur ecclesie: effunditur: filie popu. eccl-  
esia recte vocatur sanctorum filia: que tunc conter-  
tur et assicitur temptationibus quando iecur: id est po-  
tentest et diuites in terrena desideria effunduntur:  
tunc parvulus et lactens deficiunt in plateis oppi-  
di: quum tales omni felicitate abundare videntur:  
qui nisi parvuli in fide et doctrina christi imperfecti  
essent in plateis huius seculi: que est via lata ducens  
ad mortem: non deficerent: et angustam viam: que  
ducit ad vitam. Mat. vii. et Luc. xij. non relinque-  
rent. Lamech: matribus suis voluptatibus huic  
seculi: dixerunt ubi est triticum doctrina spiritualis.  
Gen. xxvij. ibi: abundantiam frumenti. et vinum gra-  
tia inebriās. ps. xxij. calix meus inebrians quaz pre-  
clarus est. Amb. Preclara est ebrietas que sobrietatem  
mentis operatur: de. cō. di. i. in calice: vel com-  
punctione. ps. lxi. potasti nos vino compunctionis.  
Be hoc vino Zacha. ix. Quid bonum. et. ibi. Et  
vinum germinans virgines: quia penitentia de me  
retrice virginem facit: talia vina cor letificant. ps.  
cii. et vinum letificet cor hominis. Proverb. xxxij.  
Bate siceram merentibus et vinum his qui amaro  
sunt animo. Hoc est vinum viscera anime reficiens  
et consolationis quod christus nobis propinat. Pro-  
uerb. ix. Bibite vinum quod miscui vo. et quod de  
apotheca spiritus sancti extrahitur. Act. ii. Ansto-  
pleni sunt: hoc est vinum conditum speciebus diuer-  
sorum sentimentorum. Lanti. viij. Dabo tibi pocu-  
lum cum vino condito. Beata anima que de hoc  
vino gustat: omnis aqua tribulationis mutatur si-  
bi in vinum consolationis. Joan. ii. qui de hoc vi-  
no vult bibere debet os in oratione aperire. Bern.  
Orando bibitur vinum spirituale letificans cor ho-  
minis: vinum quod inebriat spiritum et carnalium  
voluptatum infundit obliuionem: hoc vinum no-  
num est: non mittitur a christo in vtres veteres in  
peccato. Mat. ix. et. Luc. v. ibi. Heq[ue] mittunt vini  
nouum in vtrs veteres. vbi Rabanus. Vinus no-  
num appellat plenitudinem spiritus sancti profun-  
da celestium mysteriorum que prius discipuli ferre  
non poterant: sed post resurrectionem utres noui sa-  
eti sunt: et vini nouum receperunt quando spiri-  
tus sanctus replete corda eorum: unde musto plen-  
dicebantur. Item idem Rabanus. Vinus quo in-  
tus reficiunt: seruorem fidei et charitatis quo int[er]  
reformamur. Item Bern. Lacryme penitentium  
vinum angelorum sunt quin deficerent sa me pec-  
candi. i. Cor. xij. Et aliis quidez esurit: id est patitur  
famez peccati. ps. lxxvij. et apposuerunt adhuc pec-  
care ei.

care ei. Osee.iii. Comedent et non saturabuntur: fornicati sunt et non cessauerunt. de ista fame Luc. xv. de filio prodigo dicente: hic autem fame pereo. xxvij. di. hinc etiam: quasi vulnerati a diabolo in peccatis. Luc. x. ibi: Et plagis impositis tecum. Illi latrones demones sunt mystice in plateis: ampla est via que dicit ad mortem. Mat. vii. Civitatis. Hier. xlviij. relinquitate civitates habitatores Moab. Et alibi: Ego dominus et civitatem ingrediar. Osee. xj. Quum exhalarent animas suas fame peccati viam pessime oblectationis vel Belchenne que nutrit ad mortem: in sinu matrum suorum: talibus matribus dicendum est non noui vos. xcij. di. diaconi. v. circa prim. i. q. j. prophetauit matres tales odiende sunt. Luc. xvij. qui non odit patrem et matrem tecum. talis mater nedum in peccatis concipit: sed et alit et nutrit. ps. l. Ecce enim tecum et sequitur. Et in peccatiscepit me mater mea. Ezech. xvij. mater tua cethaea. i. concupiscentia garrula. Iterum matribus suis tecum quia parvulus et lactens utriusque sexus per plazreas huius seculi luxuriose vagantur: ut supra prozume dixi: sicut prodigus filius: bonis spiritualibus spoliantur: et fame periclitantur: unde prodigus filius qui nec siliquas habebat: quanti inquit merce narui tecum. Luc. xv. Ubi est triticum et vinum? Gen. xxvij. Frumento et vino stabilui eum: pane confurmatur cor. de con. di. ii. accipite. ps. cij. Et panis cor hominis confirmet: et vino letiscatur. unde ibi. Et vinum letiscet cor hominis: hic est panis qui de tritico perficitur. de con. di. ii. c. ii. quod in terraz cecidit et mortuum fuit. Joan. xij. ibi. nisi granum frumenti tecum. ubi Augustinus. Se autem dicebat mortificandum in infidelitate Iudeorum: multiplicandum in fide populorum et ibi. Beda. Ipse enim ex semine Iuda triarcharum in agro huius mundi seminatus: id est incarnatus est: ut moriendo cu[m] multiplicatione resurgeret: solus mortuus est: cum multis surrexit. Mat. xxvij. Et multa corpora sanctorum qui dormierunt surrexerunt: ubi Hiero. Quomodo autem Lazarus mortuus surrexit: sic et multa corpora sanctorum surrexerunt ut dominum ostenderent resurgentem: et secundum Remigium: incunctanter credere debemus: quod resurgentem dominum a mortuis surrexerunt nec post mortui fuerunt quam maius illis esset tormentum si iterum mortui essent: quia si non resurgerent: sed ascidente domino ad celos: et ibi pariter ascenderunt. Hoc fuit etiam triticum panis viuus qui de celo descendit. Joan. vij. de con. dist. ii. omnia. et c. sicut est verus. Unum hoc vinum de vinea Soreth. additio. Soreth interpretatur bona vittis: vel optima vinea: seu electa vittis: aut vinea electionis: et hoc verbum puto quod non sit in nostra translatione communis: sed est eius interpretatio. Hier. ii. j. de vite que est Christus sumitur. Joa. xv. hoc parvulus et lactens requirit: id est peccatores minimi in mandatis dei: quem ipse sit cibus grandium in charitate: et humilitate. Unde dixit Christus Augustino ut sit ipse in lib. ix. confessionum. Libus sum grandium: cresce: et manducabis me. Hec in plateis inuenitur: nec a vulneratis peccatis digne accipitur. j. Coz. xj. de con. di. ii. qui scelerat. Ideo tales lactentes carnales in sinu matrum suorum: id est concupiscentiarum: animas exhalant: que illos male nutrissent: et in sinu pessime oblectationis allegerant. Sapientior est euangelicus prodigus qui Luce. xv. dicit. Surgam et ibo ad patrem meum.

Si isti lactei ad patrem redirent: non fame exhalarent: hi autem sunt filii patris: qui non ex voluntate car. neque ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Joan. j. de con. di. iii. si quis autem. Men. Qui comparabo te: typice loquitur ecclesia. filia ecclesia Hierusalem celestis: cui adequabo te: nulli subandi: et cum consolabor: id est cuius casus comparatione consolabor te filia virgo Zion. ecclesia speculativa: magna est enim sicut mare sine quiete: tempestate pena contrito tua ruina dissipatio. Isa. lix. Castitas et contrito in vijs eorum tecum: quis medebitur tibi: aut rarus: aut nullus. Iterum cui comparabo. histore nulli dubium est quod quanto Iudea gens ceteris precellebat gloriose: tanto peccatis erigitibus illis modo est inferior. Allegorice sicut Iudea ceteris regnis gloriose: ita ecclesia omnium martyrum mater: unde Maximus. Fides catholica mater martirij est et filia ps. xlviij. Audi filia celestis patri. summi regis sponsa. Osee. ii. pre omnibus est gloria: huius iustificatio ex solo deo est. ad Titum iiij. ut iustificati gratia ipsius: et ex omnibus fidelibus una ecclesia. xxvij. q. j. loquitur et c. quoniam: et una Christi corpus cum capite suo. ad Col. i. xxvij. q. iii. pro membris: extra de sacra vnc. c. j. s. sed et Jesus. fide et charitate coniungitur: et sicut ex omnibus est una civitas gloria: de qua dicitur in ps. lxxvij. Gloriosa dicta sunt de te civitas dei. Ita una est illa que in Babylonie a christo fornicans degenerat de qua ps. xxv. Odiui ecclesiam malignantium: cuius caput diabolus: qui est secundum Augu. caput omnium iniquorum: de qua propheta lugens ait. Qui comparabo te tecum. Sicut enim illa gloriose est oibus que ad brauim superne vocationis peruenit: nulla comparanda est ignominia eius qui cedit. Ista est illa Babylon magna mater fornicationum et abominationum terre: que et vocatur magna meretrix: que sedet super aquas multas delectationum carnalium: cu[m] qua fornicati sunt reges terrenebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. hec est etiam illa mulier: id est vita carnalis: que sedet super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemie: et que erat circundata purpura et coccino et inaurato auro et lapi de pretiolo et margaritis: habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione et in munditia fornicationis eius. Apocal. xvij. Hec etiam ecclesia carnalis et malignantium est illa Babylon: de qua. Apocal. xij. cecidit Babylon illa magna que a vino ire fornicationis sue potauit omnes gentes. Nunc autem quia de tanto dignitatis culmine: immo deitatis altitudine: ad tantam miserie profunditatem immo in Beluinam: id est bestiam ignobilitatem proiecitur ista Babylon propheta vel corpus electorum Regi, ait. Qui comparabo te: quasi non inuenitur tibi digna comparatio vel assimilatio vel exequatio: ubi nec species: nec forma inuenitur: tota es informis: tota es horribilis: totam te ruina et contrito deuastans: ad non esse tendis: Nescio an possis reuocari. q. d. cui comparabo talem ecclesiam a sponso derelictam: unde sequitur. Quis medebitur: ac si dicat nullus medebitur: nisi ad deum redeas: a quo recesseras: quasi non est qui faciat bonum: non est usque ad unum. ps. xij. z. lij. Num. Prophete tui: vide runt tibi falsa tecum. prophete falsi quasi promissiones annuntiantes: falsa bona scilicet non vera: non appetiebant tibi iniuriam tuam: scilicet quam vide-

bant: et erunt qui beatificant populum istum sedentes: et que beatificantur precipitati. *Esa. ix.* vt te ad penitentiam provocarent: penas futuras predicando. Viderunt autem tibi assumptiones falsas: id est magna et criminalia peccata: et electiones eiuscmodi quasi contēnenda dicentes: que omnia pro suo lucro faciunt: sicut adulatores molientes sermones et vendentes oleum. et ipsi sunt iacula. *ps. liiiij.*

*Prophete tui. Greg. in. xv. c. sui pastoralis.* Prophete in sacro eloquio, non nunquam doctores vocantur: qui duz fugitiua esse presentia iudicant: que ventura sunt manifestant: quos diuinus sermo falsa videre redarguit: quia dum culpas corripere metuunt incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur: qui iniuriam peccantium nequaquam aperiunt, qui ab increpationis voce conticeant. Clavis quippe apertiois est sermo correctio nisi quia increpando culpam detegit: quaz sepe necit ipse etiaz qui perpetrauit. *xliij. vi. fit rector. iuxta prin.* Item Hormisla papa. l. dist. si quis diaconus. Uere dico quia illi ipsi quibus quum periculosa et falsa misericordia indulgerē videmur: quum ante tribunal christi pro tantis peccatis damnandi aduenient: contra nos causam dicturi sunt dicentes quod dum aut duram asperitatem lingue eorum ex pauimus: aut falsa blandimenta et periculosa adulationes ipsorum libenter accepimus: in eisdem per manere peccatis eis inutiliter indulgemus. Iste sunt illi de quibus dicitur per *Ezech. xxiij.* Ne vobis que considunt puluilllos sub omni cubito manus, et faciunt ceruicalia sub capite vniuersitate atque. Quod exponens Grego. in moralibus ait. Ad hoc quippe puluillus sub cubito: vel ceruical sub capite iacentis ponitur: ut molliter quiescat: quisquis ergo male agentibus adulatur: et puluillum sub cubito: vel cervical sub capite iacentis ponit: ut qui coripi debuerat ex culpa in ea fultus laudibus molliter quiescat prout hec habentur. *xlvj. distin.* sunt nonnulli. Itz Ezech. *xxij. c.* Ipse enim edificabat parietem: illi autem liniebant eam ubi Grego. in moralibus. Parietis nomine peccati duritia designatur: edificare ergo parietem est contra se quempiam obstatula construere: sed parietem liniant: qui peccata perpetrantibus adulantur. hec leguntur. *xlvj. vi.* sunt nonnulli. *ps. cxl.* Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Oleum secundum Aug. adulatio est et falsa laus vendunt oleum omnes adulatores. De istis malis prophetis *Hiere. v.* Profete fuerunt inventum locuti: et in fin. c. Prophetae prophetabant mendacium: et sacerdotes applaudebant manibus suis: et populus meus dilerit talia. quid ergo fieri in nouissimo eius? Item allego. mīta historie secundum *Mascasium:* prophete tui et. habuit Hierusalem pseudo prophetas: habet ecclesia hereticos et schismaticos doctores prauos qui liniant absq; temperamento charitatis et dolosis argumentationib; vel falsis opinionibus subuertunt corda simplicium a veritate recte fidei et statu boni operis. vnde *Idestrus* ait. *iij.* Profete fuerunt pseudo prophetae in populo: sicut et in nobis erunt magistri mendaces et. Nec dubium quoniam culpa magistrorum et sacerdotum ruina sit populis. docent enim falsa et stulta quasi viderint visionem: et populi palpant iniuriam multa etiam que docent verbis: malis destruunt exemplis. *i. q. i.* non quales: ut meretrix que vigilas filium lactauit, dormiens opprescit. *iij.* *Reg. iii.* hi sa-

ciunt omnia causa lucri. Iste falsi prophete quando afflictionem populi uident, et imminentia delictorum supplicia, falsis consolationibus leuigant: sed ne illis qui dicunt malum bonū. *Esa. v. xi. q. iij.* si quis hominez et c. ve qui dicitis: et uiuificant animas que non uiuunt. *Ezechie. xiiij. xi. q. pleruq; vii.* Isidorus. qui defendit alium delinquentem maledictus erit apud Deum et homines. *xij. q. iij.* qui peccantibus. Iste sunt prophete qui linunt peccatores: de quibus *Ezech. xxij. ad fin.* ibi Prophete autem liniebant eos absq; temperamento videntes vanam et diuinantes eis mendacia. et *Ezech. in fin.* ibi. *Luc.* tibi viderent vanam alias vacua et diuinarentur mendacia. Tota scriptura maxima prophetarum semper inuenit se contra doctores et rectores ecclesie et Synagogae: unde *Hiere. v.* ibi. Ibo igitur ad optimates: et loquar eis. Ipsi enim cognoverunt iurias domini. Et ecce magis hi simul confregerunt iugum: rupunt vincula. Idecirco percussit eos leo de silva et c. *Adalii* etiam doctores in ecclesiā hoc leuigant. illud grauant *xj. q. iij. pleruq;* sua leuiora putant: aliena grauiora ex amore et ideo carnali. obsecratur in eis iudicium rationis. *xj. q. iij.* quatuor a talibus prophetis dicit dominus attendendum. *Mat. vii.* Attende a falsis prophetis, id est caute considerate. dicit Christus. quia firma tutela salutis est scire quae fias. Juxta tropologiam, falsi prophete sunt tres spiritus immundi qui exiunt de ore draconis, et de ore bestie et de ore pseudo prophete, de quibus *Apocal. xv.* Spiritus draconis, id est diaboli: qui animas deuorat. *ij. q. j. nulli.* Tentans de honore ait, ascende ad prelationem quia sufficiens es ad regendum. et prophetat quod multas animas lucaberis: sed spiritus mendax est dicens, ascende in ramoth Galaad. *ij. Reg. xxij.* Ramoth interpretatur excellum signum: et significat dignitatem cuius appetitus est certum signum reprobationis. *xl. di.* qui primatum. *i. q. i. principatus et. c. nullus itaq; viij. q. j. in scriptis. i. q. vi.* sicut is. *Galaad* interpretatur transmigrates testes: qui ibi fit transmigratio de bonitate in iniuriam. *ps. x.* Transmigratio in monte sicut passer. At apparet Ioseph qui ante regnum fuit humilius. post superbus. *j. Reg. ix.* Greg. Superbus totiens ad culam apostasie dilabitur: quotiens preesse hominibus delectatur. Christo. O prelate tanto igni summittis caput tuuum? *Adior* si quem saluari contigerit de his qui principantur in tantis ruinis: et tanta pigritia video currentes: et sponte se projicietes in pericula. Unde inuenitur de quodam priori clareualensi: Gaufrido nomine, quod quum electus esset in episcopum tornacen, et ab Eugenio papa et abbatte suo sancto Bernard. cogeretur ad recipiendum: ipse prostratus ad pedes abbatis et clericorum qui eum elegerant in modum crucis ait: *Abdonachus* fugitiu' si me ejcis esse potero: episcopus vero non quam. Postmodum autem laboranti in extremis, quidam monachus ei charus ait. Chare mi quia corpore separamur rogo te ut si potes salua voluntate dei statum tuum milpi post mortem reueles. Lui oranti post mortem eius coraz altari apparuit Gaufridus in uisione dicens. Ecce adsum gaufridus frater tu'. Lui ille, chare mi quomodo est tibi? Lui ille. Bene. Sed reuelatum est mihi a sancta trinitate, quod si suissem de numero episcoporum: suissem de numero reproborum. Non propterea dicendum est quod omnes damnentur episcopi: quia multi

sancti

Falsi prophete tres spiritus immundi representant.

sancti fuerunt et erunt xl.di.ante omnia.ij.q.vij.non omnes. Adde hic quod scripsi. supra prima parte in c.lxij.versi.ijz et cupido glorie. et j.in.x.c.in.ij. postqz paope si. et j.in.ij. expeditis. in. cap. lxxij. in. ij. tertia.

Spiritus cupiditatis egrediens de ore bestie id est mundi: qui amatores suos deuorat, quia inimicos dei constituit. Jacob.iiij..xxij. q. iiij.ij. ex his. dicit ad cor hominis: Acquire ut des filii et pauperibus: quia redemptio anime viri dimitte sue. Proverb. xij. sed dñs. Hier. xxij. Prophetauit in noise meo mendacium. i. sub pretextu pietatis dicentes: somniaui somniaui: quia temporalia mendacia: et quasi somnia sunt. Eccl. xxij. Multos errare fecerunt somnia: et exciderunt sperantes in illis. Quia dicitur Luc. xij. Stulte hac nocte anima tua reperit a te, que autem parasti cuius erunt? Spiritus voluptatis egrediens a pseudo propheta. s. carne que nobis quotidie necessitates suas pronuntiat dicit: Rationabile sit obsequiuu tuu: Rom. xij. Et nemo vnoqz carnem suaz odio habuit. xij. q. ij. non existemus. Es. lvij. ibi. Carnem tuam ne despixeris. expressum ad Eph. v. Come de: et bibe et epulare. Iste est socer leuite: de quo dicitur. Judic. xij. q. vir secutus est uxorem suam: sed carnalem concupiscentiam atra illud Eccl. xvij. Post concupiscentias tuas non eas. et j. Si prestes anime tue concupiscentias ei, faciet te in gaudium inimicis tuis: quia in labiis suis inducat inimicus: et in corde suo insidiat. Eccl. xij. et subuertat te in soue: quia sicut ait Grego. super illud Gen. xxij. tristem blanditijs deliniunt. Quandoqz facit attendere alioz grauora peccata ut vel nullum vel paruu apparet ei peccatum suu et inde venit temeraria peccandi audacia. Quoqz facit attendere penitentie acerbatem, et inde oritur dissidentia. Aliquado facit cogitare de multitudine misericordie dei: et inde venit falsa spes venie. Aliqz facit cogitare iumentum peccantis dicens: poteris penitere in senectute: et inde exit stulta securitas. Sed falsus propheta est: quia homo est spiritus vadens et non rediens. ps. lxvij. quia postqz sponte cadit: nullo modo potest resurgere nisi gratia releveretur: sed pondere suo de peccato in peccatum demergitur usqz in abyssum sine fundo. i. in profundu peccatorum sine estimatione nisi misericordia dei retineatur. ideo pcam pparat puto sine fundo. Job. xxxvij. Saluabit te de ore angusto latissime: et non habentis fundamentu subter se. ps. lxvij. Neqz absorbeat me profunduz: neqz v. super me pu. os suu qd Aug. expones ait: Hoc est profunditas humanae iniuritatis: in qz si cecideris: non claudet super te pteus os suu: si tu non claudis os tuu. de pe. dist. j. s. ex his itaqz. ad si. ver. hinc Xps. Samech. Plauerunt et c. patres dolentes sup manibus oes transiuentes per viam: sibilauerunt et mouerunt: patientes affectu: capita sua mente extra de sa. vnc. c. i. ver. per caput suu: sup filiaz Hieron ecclesiam vel aiam que tam subditio de tanta gloria corruit. Hecce est vrb. Esai. xxij. Urbs fortitudinis nostre Syon. ps. lxxij. Gloriola dicta sunt de te ciui. dei. dicentes perfecti decoris. Pulchra es et decora filia Hierusalem. Lan. vi. Ecclesia in principio et nunc in sanctis decora virtutibz ecclesia sancta. de tali pulchritudine de pe. di. ij. ij. Roma. c. princeps. et c. illa aia. Lan. i. Ecce tu pulchra et c. ij. ibi. Formosa mea. et ibi Speciosa mea: et ibi. Et facies tua decora. et Lanti. iij. in prin. Quaz pulchra es amica mea. et

ibi. Quaz pulchre sunt mame tue. et ibi. Pulchriora sunt vbera tua vino. et Lanti. vj. Pulchra es amica mea suauis et decora sicut Hieron: et ibi. Pulchra ut luna. et Lanti. vj. Quaz pulchri sunt gres. tui et c. et ibi. Quaz pulchra es qz decora charissima in delitissime oia de pulchritudine virtuali ecclesie allegoricis intelligunt. Gaudiu vniuersitate ecclesie terre. gaudentium istud est in spiritus sancto: ad Ro. viij. ibi. Gaudiu impulso sancto: quu sunt membra ecclesie virtuosa. Es. lxij. Gaudens de collatis. i. virtutibus. gaudebo de bonis opibz: et exultabit aia mea in deo meo. qz gaudiu hoc spuale est, non carnale. Un ait gaudet os dicit Ihs. qui ait: qz induit me vestimentis salutis: quam u ad gratiam intus ornante alas et decrantem. et indumento iustitie circundedit me: quantum ad bonas operationes erterius munitum est et componentes. vij. Proverb. vlt. Fortitudo et decora in dumentum eius. Iterum plauerunt et c. Hascasi historice allegorice et moraliter. aliqui super Synagogaz vel ecclesiam vel alas hoc interpretantes plaudentes manibus inimicos esse dixerunt ex irratione. s. et gaudio insultantes. Sed nos econtrario dicimus sanctos patres et amicos zelo charitatis affectos. hi quu ecclesi vel alias projectam in peccatis esse cognoscunt: primo plaudunt manus ad iniucem: sicut facere pluerunt dolentes. plaudunt manibus non ridentis: sed dolentis affectu: quia de tanto culmine sanctitatis sicut fuit in principio: et per longa tempora ecclesia vel aia prolapsa ad tanta peruenit fidei diminute et virtutu ruina. Hi pies vere transeuntes sunt p viaz: sicut dictu est: s. in. j. c. ibi. O vos oes qui transitis p viam: non hostes ecclesie: qui via pacis non cognouerunt: vt ait. ps. xij. s. aberrantes et tumultuantes ad ima corruunt: et errant vni et errare fecit eos in inuio et non in via. ps. cvij. Sibilauerunt et mouerunt capita sua. Solet motus capitum: vel manuuz et sibilus diuersos significare affectus dolentis: sicut et plaudentis. vnde sequitur: Hecce et c. non hostes ecclesie putant eam esse perfecti decoris aut gaudi. vniuersitate ter. sed soli sancti et amici: qui quanto gloriosiores et pulchritorem fide et moribus videbant: tanto admirant et lugent: quu in manibus hostium visibiliorum paganoz et schismatizorum et inuisibilium. s. demonum: deiectam in peccatis et diminutam in populis fidelibus vident sed quia gemutum sanctorum super eam propheta et ipse gemens exhibuit: inimicoz gaudium et insultationem subiicit dicens: Aperuerunt super te os suu et c. Ayn. Aperuerunt. accusantes. ps. cvij. De laude meam ne tacueris: quia os pec. et os do. super me aperitaz est: sup te os suu oes inimici tui heretici: schismatizi: demones sibilauerunt quasi serpentes et freuerunt quasi leo deuorare cupiens. ij. q. j. nulli. detibus suis. ps. lvij. filii. hominu dentes eoz arma et sagitte. de pe. di. j. periculose. et dixerunt: deuorabim eam: qz ablato dei auxilio ecclesiam deuorare possumus in sanguine peccatorum conculetam. Aperuerunt et c. Hascasius. hoc quoqz histore, allegori. et moraliter exponimus: quia paruz differt: propheta afficitur: vel qz amici gemunt p ecclesia vel aia: vel quia inimici insultant si qua prosternitur vnde aperuerunt et c. Inimici os aperiunt: sicut etiaz dicit ps. xxij. Aperuerunt super me os suum et c. quaz quid accusent inuenient: alter tenent os clausum et aia ecclesiam deiectam vel delinquentem. vel aiaz petitorum sanguine osculatam. Quotidie venant quid accusant

do obijciant. Unde de quodam legitur, qd sic allegabat diabolus ptra eum. volui ipsum incitare ad glam: sed ipse anticipabat meaz cautelam. Volui inflammarc ad luxuriaz: sed ipse preuenibat suggestio nez. Volui fallere per avaritiaz: sed ipse erat ipsa auaritia. Unde quod d<sup>i</sup> Luc. xix. Circundabunt te. moraliter: tunc demones circundant animaz: qn eductaz de corpore ad societatem sue damnationis tra hant: eiqz omnia mala que gessit replicant. Unde et quo aperient os suuz ptra nos in die iudicij accusando: ait Aug. sic dicens. Preter tunc erit diabolus recitans verba professionis, et obijcens nobis omnia quecunqz fecerimus: et in quo loco: et in qua hora peccauimus: et quid boni tunc facere debuimus. Diciturus namqz est ille aduersarius. Equisimme iudex iudica istum meum esse ob culpam: qui tuus noluit esse per gratiam: tuus per naturam: meus per misericordiam: tuus ob passionem: meus obsuasionē zc. Heu heu poterit ne talis aperire os qui talis inveniretur: vt iuste cum diabolo deputetur? non, quia obmutescet. Abat. xxv. Felix si cui obijciuntur culpe laudes e regione adsistunt que culpas repellunt vnde. ps. cxvij. Deus laudem meam zc. sequitur qz os peccatoris: et os do. super me apertum est. Sibi lauerunt ut serpentes: tremuerunt dentibus suis ut leones ad deuorandum rugientes. Sicut enim bozni charitate punceti, stupore permoti sibilant: et caput agitantia irridentes quum quemlibet corri tez viderint: sibilant, tremunt subflannant et deridet vnde Aug. in ps. xxxvij. Quu<sup>r</sup> fuissest miserendum irident impū: vnde dolent pī. v. q. v. q. sed aliud: vnde sequitur. Ista est dies quam expectabamus: inuenimus et vidimus illam diē que est dies ire calamitatis et miserie. Sopho. j. Semper hostes expes tant qua liceat eis vel cuiuscunque animam: vel totaz ecclesiaz deuolare sed hoc non pot fieri nisi petis exigentibz: et in parte ecclie non in tota: quia semper sunt sancti in ecclie in quibus ipsa dicitur esse sine macula et sine ruga. xxj. dist. quamvis: vbi de hoc. et de con. di. iiii. queris a me. versi. offerunt. ibi. Tota ergo hec sancta mater ecclie: que in sanctis suis est zc. Et iusto iudicio dei permisum fuerit: sicut et terrene Hierusalem accidit: ad hoc. lvj. distin. si gens: vnde addit. fecit d<sup>i</sup>ns zc. Pro. Fecit d<sup>i</sup>nsta dem que cogitauit. diu expectauit tribuens spaciū penitendi et expectat. Rom. ix. Sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interitu. Ro. ij. Ignoras. qm̄ benignitas dei ad penitentiam te adducit: et Sap. xj. dissimulans peccata hominum propter penitentiā. Bern. Propter hoc dissimulat: vt mēdet patientiaz suam: vt implete electionem suam: vt cō firmet charitatem suam. Compleuit opere sermonē suum non hominis: quem preceperat eterna presen tia: vel longe ante per Prophetā. ad Heb. j. in priu. A diebus antiquis. Destruxit ne habeat semper voluntatem peccandi. ve pen. distin. j. voluissent. sub. q. quod autem. Non pepercit. quia nou fuit emen datum delictum. de pene. distin. j. nouit deus sub. q. ex his omnibus. z. cap. vide benignum. vnde Augustinus super ps. lxxvij. q. d. deus: parcamus huic quia iam non parcit sibi. ignoscamus quia agnos cit. de pene. distin. j. quis aliquando sub. q. quecunque. Non pepercit. glos. quia tu tibi parcere noluis sti. Sed nisi dominus edificabit dom. in va. labo. qui edificant eam. ps. cxvj. Et letificauit super te inimicum: idest letificari permisit. propter peccata.

Et exaltauit: idest exaltari permisit. Cornu. potentiam. hostium tuorum: visibilium et inuisibilium. Iterum fecit zc. Sicut inimici corpori contra Hierusalem hic fecerunt: sic spirituales. nequitie et ministri antiqui hostis contra eccliam fanciunt: quando deo iuste inimicos flagellante: sibi traditam penis et doloribus affligunt. hoc tamen de his dicitur: qui intra eccliam esse videbatur: non de ista de qua dicitur Matth. xvij. z. xix. distin. ita donec. Et porte: idest vitia et hereses: inseri non pre ualebunt aduersus eam: quod ibi exponitur. Et distri supra in prima parte istius operis in lv. cap. q. ad ostendendum. versi. item Hilarius cum versi. sequē. Sed de quibusdam dicitur. A nobis exierunt: sed ex nobis non erant. j. Joan. ii. de pen. distin. iiii. si ex bono. Cornu hostium exultatur quum ecclia ins firmatur. Habent etiam carnales intra eccliam hic diem suā que transitorij fructus bonis: sed eterna restat damatio in die aliena: in qua pro iniuriatibus suis cruciabitur quisqz penis eternis. tunc que ad pacem sunt in amaritudine erunt: hec sunt abscondita nunc ab oculis peccatorum fascinatorum: vt dicit d<sup>i</sup>ns Luc. xix. Facit ergo subito d<sup>i</sup>ns, que diu exspectans deliberavit: in iustitate severitate vt destruat peccatorem: et tradat hostibus diripiendum: a quo rum ingo se eruere noluit. Sade. Clamauit intentione cor eorum: hostium: idest ptra dñm: super muros filie Syon: ecclie vel anime. Deduc. vox Hier. ad hierusalem. Deduc quasi torrentez. ps. cxvij. Extus aquarum deduxerunt oculi mei. Lachrymas: divina inspiratione non humana voluntate infusa. ps. cxlvij. Flabit spiritus eius et fluent aque lachrymarum. Per diez: in prosperis, et nocte in aduersis. Non des requiem tibi: neque taceat pupilla oculi tui compunctionis rationis non temperat modum lachrymandi: qz tribulatio ecclie excessiva est. Iterum clamauit. Clamant magis intentione qz voce visibilis aut inuisibilis inimici. super muros filie Syon: ecclie vel anime quum potentiam qua eis dñant: non diuino iudicio, sed potentie sue adscribunt. Clamant autem contra dñm: cuius potentia quasi muris protegit: et defendit. Quu<sup>r</sup> vero suu auxiliu subtrahit: hostes super muros eoz: quos op primunt: clamare dicuntur ptra deuz: quu<sup>r</sup> scilicet sibi attrahunt: quisquid ptra eos possunt: quos Dei prius muniebat auxiliu: quasi liberare non possit. Talis. n. oppressio venit de equitate iudicii: non de impotentia: protegetis. lvj. di. si gens angloz. xxij. q. v. q. hinc notandū. Hoc quoqz propheta deplorat vnde mox ad ipsam Hierusalem sermonem querit. Deduc quasi torrente lachrymas zc. ps. cxrv. Con uerte die cap. iii. zc. sicut torrens in austro. Torrens non semper uno eodemqz tpe defluit: sed sicut in undatio de celo zfluit: sic et lachryme sūt qz divina inspiratione et punctione cordis dñant. Nemo qz pote pot sua virtute vt torrente lachrymas punctionias deducere: z his verbis innuit qz mēs et oculi para tūtē semp debent esse et lachrymas iuxta grām divina inspirationis effundere: et in prosperis: et in aduersis: nunqz quiescere: vt nemo sibi parcat dū vinit: nemo torpeat qz securitate accepta: donec ad illā requiem pueniat: in qua abstergit deus oēz lachrymam ab oculis scōz. Apoc. viij. ps. cxrv: Eutes ibāt et flebat mit. se sua: veniētes aut veniēt cū exul. por. ma. suos. Neqz taceat pū. dēc. tui. Dupilla oculi ora et im petrat. opūcta in inspiratione diuina ista tacere non d<sup>i</sup> donec

donec his malis ecclesie deus sinem imponat. et omnem lachrymam abstergat. Est autem oculus interior qui ad deum stillat: unde exterior causa lachrymatur: et tunc fluminis imperius letificat ciuitate dei. ps. xlvi. alioquin sterilis est lachryma quia tacet pupilla. Quum deus in carne fleuerit: quis non flesbit? Quinques autem dñs fleuisse legitur. Idem in die nativitatis sue. Nam quia pueri communican lachrymis et vagitus: et ipse similiter participavit eisdem. Sap. vii. Primum voces similem omnibus emisi plorans. Inde canit ecclesia. Uagit infans inter arcata porticus presepio. Ber. Plorat enim Christus: sed non sicut ceteri pueri in alijs sensus: in Christo preualebat affectus. Alij lugent ex passione: Christus ex compassione. in isto fletu instruit nos deflere misericordiam: petitionis humane: quia sicut legitur Eccles. xi. Jugum graue super filios Adae, a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulture in matre omnibus: unde dicit Qualfredis. Quem non humilia conceptus impurus: et lugubris ortus aut unde ei gaudium in vita sua quia incipit a merore: nascitur ad laborem: terminat eum dolore: dura omnino: peditio: quandoquidem non est nobis excutere a ceruicibus graue iugum: donec ingrediamur sepulcrum: nec euadere huius vice labore: ministris per mortis horrorem. Ex hoc iugo nobis imminent fames et siti. ardor se brium: dolor viscerum et multiplicum egritudinibus. Inde insipienter extollit: impatienter attrahitur in de succedit ira: tabescit inuidia: ebrietate mergitur: crapula suffocat: inquinatur luxuria: avaritia stimulat: inde voluptas illicit: curiositas angit: timor contrahit: meror sumit. Unde ergo hec vita diligit: in qua etiam qui cautissime gradus: sepiissime labitur et quas latratur: misera et fugienda vita que sic procedit: sic oritur: et sic progredi et sic finitur. Secundo fleuit in suscitatione Lazari. Jo. xi. Et dicit ibi glos. flebat quia cum suscitatus erat ad erumnas scutuli: et Hiero. Non fleuit Lazarum mortuum: sed rediuiuum: patiens illi ad presentis vite miserias reuersuro. Quatuor autem de causis fleuit tunc dñs. Primo propter marie devote sue compassionem: quia videt eam plorantem: nec mirum si fons piezatis prorumpit in lachrymas: unde Petrus Rauennas. O vis: o potentia lachrymarum: que celum ac terre dominum: eum qui angelorum et hominum letitia est ad lachrymandi humilitatem: infirmitatemque deposituerunt. Lachryme sunt que Samuelis ortum impetraverunt: que aperuerunt Tobie oculos et a nra eius demonium excluserunt. ipse sunt per quas petri negatio: et Marie Magdalene crimina sub viuis hore momento deleta sunt. Secundo propter assumptae nature designationem: unde Christus. Vide quin naturaz humanaam circuinduit. Tertio propter infaz instructionem: vt. j. statim dicaz.

Quarto propter Lazari resuscitationem: causa supra dicta est. In isto autem fletu docet nos deflere mortem anime nostre. Lazarus enim quadrupanum latens in monumento ligatus instititus: ludario cooptatus: lapide supposito pressus, significat aiaz i pecto mortuaz: que iacet in ergastulo conscientie: ligata vinculis peccatorum. Proverb. v. Funibus peccatorum suorum quisque constringitur. operta desiderio temporalium. Job. xv. Operuit faciem eius crassitudine. ubi dicit Grego. in moralibus. Faciem crassitudine operit: quem considerata rerum abundantia oculos mentis premit. ps. lxvij. operti sunt iniqui: et

impie sua. Iacet etiaz presla pondere obstinationis. Job. xxxvij. In similitudine lapidis aque durantur: populi: scilicet extra de cele. mis. cum Marthe. S. verum. Quatuor dies sunt peccatum: cogitationis: locutionis: operationis: et prae consuetudinis de pe. di. ii. sicut tribus: a quibus dominus reuocant dicens Lan. vij. reuerte, reuerte sunamitis: reuerte, reuerte, vt intu. te. Quinque autem fecisse dominus legitur in suscitatione eius. infremuit: turbauit seipsum: lachrymatus est: patri gratias egit: et magna voce clamauit. In quibus notantur. v. necessaria penitenti. Primum omnis debet fieri in contritione: quia ostendit deum et creatorum patrem: et benefactorem et redemptorem suum. Proverb. ix. Sicut tremitus leonis: ita: iira regis: quia sicut ad tremendum leonis fistunt gradus omnia anima- lia: ita ad compunctionem penitentis motus carnales: de hac contritione de pe. di. i. S. hoc id est: et a pri. distinctio. usque ibi: et usque ad. S. econtra. et di. vlt. cap. nullus. Secundo turbari debet in confessione. unde Eccl. xxv. Sup oēz vocem turbabunt viscera eius. ps. lix. Commouisti terram et conturbasti eam: sana contritiones eius quia commota est. Tertio debet lachrymari in oratione: quia sicut ait Augustinus. Plerumque hoc negotium plus gemitibus et fletu: que sermonibus agitur. de pe. di. i. Petrus. t. c. lachryme. Quarto debet gratias agere per cordis deuotionem: ne tepescat a ferozre conuersionis: sicut illi quibus ait apostolus. Gala. ii. Quum spiritu ceperit nunc carne consu. de pe. di. ii. pennata. Quinto debet magna voce clamare: id est intenso affectu se ipsum ad exercitia bonorum operum excitare dices. Lazare veni foras: ad mundum: qui in limbo es. Quia auctodicit: Tollite lapidem: id est duritiam coris peccatorum debet tollere et facere cor molle. Ezechie. xxvij. Auseram cor lapideum de carne vestra. quod quia frequenter per predicatorum fit: dicit. tollite lapidem. Hierem. i. Tollite de via lapides. Item quare Christus tremuit super Lazarum. Sicut Petrus Rauennas. Tremuit spiritus ut caro remiscat: tremuit vita ut mors fugetur: tremuit indulgentia ne conscientia contradicat: tremuit rursus ut gemine, scilicet mentis et corporis demonstraret insignia. Quia etiam exclamauit: innuit quod magno clamore ecclesie opus est ut aliquis de tumulo praeve consuetudinis educatur. ps. xc. Clamauit ad me et ego exau. e. et iterum ps. cxvij. Clamauit in toto corde: et iterum. xc. Clamauit ad me: et ego exaudiem eum. ubi dicit Bernard. In Beati auribus desiderium vellemens clamor magnus. Remissa vero intentio vox sumissa. dulcis lex que meritum exauditionis in clamore posuit postulantis. Tertio fleuit super Hierusalem. Luc. xix. ubi Qualfredis. O dignatio: o compas- sio saluatoris: quam lapideum cor et vere ferreum pectus: quod non his lachrymis: emollitur. Ne mihi quem nec peccati consideratione: nec alieni compassio periculi monet ad lachrymas. Ne etiam duro cordi quod ad ruinam inimici: vel forte innocentis cuiusque letatur. Benignus deus super iniun- cos et iniquos suo perituros scelere lachrymatur. et quam abundantanter prouumpat in lachrymas verborum intercessio manifestat. In quo docet nos deflere mala prauitatis alienem: unde Ezechie. ix. dicitur qd dominus precipit sex viris ad interficienduz paratis transire per medium ciuitatem Hierusalem.

et interficere oem virum super quem non inueniret  
Thau, quod erat signus gementius et dolentius suis  
per cunctis abominationibus que siebant in me-  
dio eius. Ex quo daf intelligi, qd qui pro alienis pec-  
ca tis non dolet spiritualiter interfici. ps. cxvii. uis  
di preuaricantes et tabescbam. Ezechie. iii. Mansi  
septem diebus merens in medio eoz. Quarto fle-  
uit post cenam nocte qua tradebatur: qd oravit in  
monte Oliveti, fundens in sero lachrymas sanguineas:  
qui in crastino erat sanguinem largius efflu-  
surus, sicut ait glos. i. Thre. c. vii. Divisiones aquaz  
deduxit oculus mens, unde Luc. xxv. Factus est su-  
do eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram.  
Ubi Bern. Sudor pre cioso, o signum salutis hu-  
mane: attende miseri amatores carnis inimici cru-  
cis qui in delicia nostra corpora enutritissi tantu-  
laborauit in oratione: quantum in passione. In  
hoc quarto fletu docet nos flere protra hororem ge-  
henne. Iaco. iii. Misericordia: lugete et plorate. ris-  
sus noster in luctum puerat: et gaudium in merore.  
Bern. Extremisca a dentibus bestie infernalis. ps.  
xcij. ne tradas bestias animam confi. et c. a nentre in-  
seri: a rugientibz preparatis ad escam. Eccli. li. Hor-  
re uermen rodente. Adar. ix. Esa. lvi. glo. Ignem  
torrentem. Adat. xxv. fumum et vaporem. Iohel. ii.  
Apoc. ix. sulphur et spiritus procellarum. ps. cxlviii.  
Horro tenebras exteriores. Luc. xiiij. Adat. viij. xiiij.  
xxij. xxiiij. et xxv. Quis dabit capiti meo et oculis  
meis fontem lachrymarum: ut pueniam fletibus  
fletum? Hore. ix. et stridorem dentium. Adatt. xxij.  
et pondus catenarum prementium: scilicet ignearum.  
Adat. xxiiij. ligatis manibus: stringentium: urentium  
et non consumentium: quia in diebus illis querent  
homines mortem, et non inuenient eam: et cupient  
mortem: fugiet mors ab eis. Apocalip. ix. Heu heu  
mater mea: vt quid me genuisti ultimum doloris?  
Heirem. xx. in fin. filium amaritudinis et indigna-  
tionis et plorationis eterne? Cur exceptus geni-  
bus? cur lactatus vberibus natus in combustio-  
nem? Job. iiij. vt cibus ignis. Esa. xxxiiij. Quin-  
to fleuit in cruce beatam animam emissurus. vnde  
Heb. v. Preces et supplicationes: cum clamore va-  
lido et lachrymis offerens: exauditus est pro sua re-  
uerentia. In quo docet nos flere pro dilatatione pa-  
trie, sicut. ps. xlj. dicit, quando veniam et apparebo  
ante fa. do. sue. mi. lachryme mee pa. die ac nocte. du  
dicitur mi. quo. vbi est Deus tuus. Ubi Richar. de  
sancto Victore. O quantus amor, quanta fidu-  
cta: amor pulchritudinis divine: fiducia forme pro-  
prie. Sciebat enim anima illa casta: quia omne ge-  
nus ad simile suum conuertitur: si enim omnis ho-  
mo similem sibi querit. Ecclesiasti. xiiij. et Deus  
profecto suam similitudinem diligit. Tis et tu dili-  
gi a Deo tuo: reparare in te imaginem et similitudi-  
nem suam: et concupiscet rex decorum tuu. Lachry-  
me vero ad modum balnei lauant animam celestis  
regis cubiculum ingressuram: vnde sequitur. In-  
grediar in taber. adm. vscq ad domo Bei. Quid est  
autem simile esse Deo: quere de pe. dist. ij. S. Romani.  
nos. versi. simile est alias est cap. Quidam patru-  
ait. Lachryma est sanguis anime lauans ipsam.  
Sicebat quidam frater: quero lachrymas et non  
inuenio et conturbor. Respondebat alter. lachryme ter-  
ra sunt promissionis: ad quam filij Israel cum mul-  
to labore venerunt: quas qui habet preliu non pre-  
ualet. sic autem deus vult ut semper anima tribule-

tur et desideret ingredi illam terram promissionis.  
Uidens quidam frater alium ridentem, dixit pre-  
senti celo et terra totius vite nostre reddituri sumus  
rationem: et tu rides, sicut enim umbram corporis  
nostrri ubiqz portamus: ita planctuz et punctiones  
ubique sumus relinquere non debemus. Itē  
ait abbas pemien. luctus duplex beneficium est: qd  
non tantum operatur: sed etiam seruat. Quis ab  
bas pānon, mulieres nimis in ciuitate vidisset: plā-  
xit et ait: dupli causa plango. una perdito illi mor-  
lieris: alia quia ego tantā curam non habeo placen-  
di deo, quantaz hz ista placendi hominibz. Viri  
climacus archimandrita montis Synai. luctus seu  
lachrymarum fons est maior post baptismū institu-  
tus: eo qd ille quidem ab ingenitis nobis et ante pa-  
tratis malis est purgatorius. iste vero postea patra-  
tor: et illum quidem paruuli oēs suscipientes sordi-  
dauimus: per hunc vero et illum repurgamur: qui  
nisi ex deo hoībus benigne donatus esset: rari vero  
et difficulter inuenientur qui saluati fuissent. Idem  
timet merorem demones: sicut latrones canes: ad  
hunc nos vocavit in hac vita Christus. Adath. v.  
Beati qui lugent non ad nuptias. Idem non con-  
uenit theologia lugentibz. Nam eoz luctum soluere  
naturaliter hz: nempe ille super thronuz quidē sedē  
ti magistraliter paratur: iste vero sedenti in sterqui-  
linio et sacco. Idem punctio proprius est dolor ani-  
me non elatus: nullam sibi ipsi solationem prebēs  
solumqz suam resolutionez imaginans oībus horis  
et solationem dei humiles consolantis sicut aquaz  
frigidam sitiendo expectans. Isid. Cōpunctio cor-  
dis est mentis humilitas exoriens de recordatione  
peccati et timore iudicij. Idē climacus. Sicut ignis  
est stipule consumptum: ita et lachryme caste oīs.  
inquinamenti et sordis intellectualis et apparentis  
Idem multis modis lachryme oīunt: et nā: ex  
deo: ex tribulatiōe straria: ex laude et laudau: ex va-  
na gloria: ex fornicatione: ex ebrietate: ex charitate et  
memoria mortis. Uniuersorū vero predictorū istorū  
lugentium modos: cum timore dei exercitantes et  
discernentes nostrae resolutiones lachrymas mun-  
das et sine dolo adipiscamur. Quicunqz in luctu in-  
cessabili hū deum gradit, iste festum diem agere  
quotidie non quietit. Qui vero corporaliter diem  
festum agere non desistit: hunc luctus eternus susci-  
pet in futurum. Efficacia lachrymarum triplex.  
Primo: quia deum inebriant. Esa. xxviii. Adipe  
victimarum tuarum: scilicet lachrymarum non in-  
ebriasti me. Secundo deum pungunt. Tob. iiij.  
Tunc Tobias ingenuit. Glos. Oratio deum levit:  
lachryma cogit. hec vngit: illa pungit. Terrio quo  
dammodo violentiam ingerunt: vñ super illud ps.  
xxxviii. Auribus percipe lachrymas meas, ait Auc.  
Violente sunt in precibus lachryme. Coph. Lon-  
surge: a torpore negligentie et peccato. Roman. viii.  
Hora est iam nos de somno surgere. Augusti. Et ad  
illum redeamus: a quo peccando recesseramus. ibi  
esse nostrum non habebit mortem: velle nostrum:  
non habebit errorem. Iiere. vi. Surgite et ascendamus  
in nocte: precessit. ibi. Ve nobis: quia declinavit  
dies et di. quidem. Lauda in nocte: id est in aduer-  
sitate. multi sunt admodum cicade carantes in esta  
te prosperitatis. ps. xlviij. Confitebitur tibi quum  
beneficeris ei. silent in hyeme: vel nocte aduersi-  
tatis. Contra quos Job. i. Si bona suscepimus:

de manu

de manu domini: mala autem quare non sustineamus. In principio vigiliarum: ne in principio operis somnus irrepatur deceptionis vigiliarum. ps. cxvii. peruererunt oculi mei ad te diluculo tecum. Effunde lachrymas compunctionis. sicut aquam cor tuum calore dilectionis. Bei ante conspectum domini. Luc. i. In sanctitate et iustitia coram ipso tecum. Non coram hominibus pro gloria tua. Lena ad eum manus tuas: opera tua que dant intellectum. ps. lxxvii. et in intellectibus manum suarum tecum. pro animabus parvolorum: fide et opere magis enim fide et virtute non pereunt: de qua magnitudine virtutis sa. Luc. i. Erit enim magnus coraz domino. Mat. v. Qui sic fecerit et docuerit: magnus vocabitur tecum. tuorum qui defecerunt fame verbi. Bei. viii. q. j. audacter: in siti et siti charitatis. ps. lxj. cucurri in siti. Joan. xix. Sitio. Quid? nostram fidem, nostram salutem, nostrum gaudium. plus animarum nostrarum quam corporum: minime cruciatus tenet. Ide reunt si sic non essent non perissent: in capite omnium copitorum, compituz triuui est id est in suggestionibus diaboli mundi et carnis, qui sunt tres hostes anime ad perditionem eam ducentes. Uel illa tria de quibus. j. Joan. ii. Omne quod in mundo est: concupiscentia carnis est: concupiscentia oculorum, et superbia vite. Concupiscentia carnis ad voluptates: cupiscentia oculo: ad opes: superbia vite ad honores pertinet. Bern. Bestia hec triformis non tantum ascensuris est: quantuz ascendit iaz de abysso: os habet loquens ingentia: et nominibus plena blasphemie: totum pene genus humanum, tribus dictis cornibus ventilavit: omnes prope rant impumere sibi imaginem bestie huius: et letantur eius charactere insigniri. Imago et character eius quicquid exterius patet in homine quod non deceat Christianum: sicut est inuercundia turpius executio: odiosa contentio: vanitas secularis. Concupiscentiam carnis elidit castitas, concupiscentiaz oculorum, paupertas: superbiam vite, humilitas: hec tria promittimus religiosi que male seruamus. de ista bestia Apocal. xiii. Consurge et lauda tecum. Pascasius allego. pro ecclesia moraliter, pro anima in voce consurgit, qui de tribulatione vel angustia presentis vite: spe elevatus torporem negligentie excutit et in omnibus deum laudat: quia callidus hostis dum flagella ingerit ut Deus blasphemetur intendit: unde Job. i. Sicut domino placuit: ita factum est: unde et vox ait Job. ii. Benedic deo, quasi maledic. In principio vigiliarum laudare debumus: ut omnia que agimus aut patimur ad gloriam: et laudem eius referamus: maxime precaendum est, ne ex virtute intentionis opus condemnetur: unde Luc. xij. Matth. v. et xvij. si oculus tuus: id est intentionis. et i. si autem nequam fuerit: id est intentio mala etiam corpus tuum: id est operatio corporalis, tenebrosum erit: id est corrupta. Vigilate autem Greg. est oculos mentis ad claritatem veri luminis habere: torporem negligentie a se excutere: opus dictis adequare. Precipue autem in orationibus vigilans est. i. Id est. iii. vigilare in orationibus: quia nisi homo vigil et orare non potest: unde. i. Reg. xxvj. legitur quod David hastam et cibum aque Iauli dormienti in tentorio abstulit, quod quem homo dormit per negligentiam gratiam orationis et donum lachrymarum amittit. et i. Pet. v. ibi. Et vigilate: quod aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circui, ques-

rens quem deuoret. iij. q. j. nulli. ps. xxi. Circundatur me canes multi: unde sanctus doctor ait: Quae spatia terrarum: que magnitudo orbium, que latitudo regionum, tot hostes capere sufficiunt inimicos ad unam ouem. Hoc cur tanta feritas bestiarum pro unius hedi captione? quare tot rapaces: tanta cogeries animalium sordidarum: Luc. xxj. Vigilate omni tempore orantes tecum. precipue rectores vigilare debent super gregem suum. Luc. ii. ps. cxvj. Sed nisi dominus custos, cuius fructus, qui custos eam. Effunde sicut aqua cor tuum. Ille sicut aqua cor suum effundit in conspectu domini: qui ex intimo cordis affectu lachrymas producit compunctionis. Et quoque sicut aqua effundit: quoniam liquefactum amore Bei: et proximi, quasi glaties calore dissolutus. unde sequitur. Lena ad Beum tuum. et sicut Moyses manus lenasse dicitur: ne populus dei vinceretur. xxxvi. dicitur. si quis. Exo. xvij. Lenatur manus pro animabus parvulorum que perirent fame verbi. in capi. omni. co. nisi enim in vijs et in capite compi. essent non fame spirituali et siti laborassent. de istis vijs vocantur ad prandium. Luc. viij. et xxij. q. iii. displicet. in fin. Res. Vide dñe oculis misericordie. ps. xxvij. Respice in me et miserere mei: et considera diligenter quem vindemias: populo tuo priuaberis verior litera: quem vindemianteris: quasi populum tuum destruis cui tanta beneficia contulisti. Ita ergo ne comedent mulieres anime peccatorum a morte peccati. xxvj. q. viij. sed illud Ambrosius. q. hic si quis fructum suum peccatum suum: parvulos iustitia et fide: ad mensuram palme, operum. Prover. vli. Palmas suas extendit ad pauperem. Si pro quia occiditur in sanctuario domini sacerdos et propheta ad literam Zacharias. Matth. xxij. et Tho. cantuari. Iterum vide dñe tecum. Deus nihil latet, rogat tamen ut videat: ut verbis et affectionibus ad misericordiaz flectat: quem vindemianteris: quasi diceret nulli tanta beneficia prouidisti sicut ecclesie tue: nulli tam iuste tanta irrogata sunt supplicia: quia pro viuis fecit labruscas. Esa. v. et pro fructu spinas: plus enim spinarum quam viuarum, plus tubulorum quam fucuum. Matth. viij. fructus hodie profert ecclesia: si occiditur tecum. quasi iusto Bei iudicio puniuntur qui sanctuarium dei polluerunt sanguine prophetarum: hoc quoque ecclesia Christi, et cui libet anime timendum est. si enim diuinis mancipati officiis similia committimus: similiter puniemur, et nostra ecclesia profanabitur. Mulieres quoque: id est anime peccatorum ad mensuram palme filios veteri sui comedunt: quia quicquid virtutum et se gignunt: ad mensuram operum recipiunt. Iuisque saturantur fructibus iniquitatum: unde nobis magis lugendum est quam explanandum: ne exaltati usque ad celos demergamur usque ad Assyrios. Syn. Jacuerunt in terra: terrenis negotiis, facere accipitur in sacro eloquio pro peccare. l. distin. quid est hoc. foris in mundo. Joan. xij. Lazare veni foras. Puer debilis sensibilis et moribus: maledictus puer centum annorum. Esa. lxv. q. viij. Paulus. senex inueteratus dierum malorum. Daniel. xij. lxxxvj. dist. tanta nequitie. Job. xxvj. Ruge mee. testimonium dicunt contra me. Averages mee: apparenter: sed fatue sunt. xxvj. q. v. si Paulus. Matth. xxv. Juvenes: moribus. xxvij. distin. cap. l. mei ceciderunt in gladio inuisibili: interfici sunt in anima: in die furoris tui: subtractionis gratiae propter peccata percussisti ut peniterent. Bei percusso est ut fiat humiliatio. ps. cvij. Bonum

michi quia humiliasti me, nec misereberis in punitione temporali ut conuertantur. ps. cvj. Et clama uerunt ad dominum quoniam tribula. Et iterum. ps. lxxij. Impie saeo. ig. et querent nomen tuum domine. Iterum iacuerunt tecum. Jacent foris qui exiunt ab ecclesia: nec permanent in operibus fidei: de quibus loquendo mortaliter. j. ad Cor. v. Nulli ad nos de his qui foris sunt. i. q. j. multo extra de diuino. gaudemus plures autem corpore intus sunt: et apud nos uiuunt: sed apud deum perdit sunt: de quibus Apoc. iii. Nomen habes quod uiuas: sed mortuus es. nulli pueri et senes criminosi iacent in secundis terrenis: et virgines factae et iuuenes vecordes feriuntur gladio diuine animaduisionis: et quod non penitentiam interficiunt eterne damnationi deputati: ubi nunquam eis deus miserebitur: quia ibi non est locus misericordie: quia non est ibi aqua misericordie refrigerans. Luc. xvij. Sed perpetue miserie. Thau. Uocasti. nec habes contradicentem te. demones: quasi ad diem solennem: iudicij terribilis qui deterrent me: quem solutus fuerit Sathan: timet electi: et territi purgabuntur. de circuitu in circuitu impi. ps. xiij. ambulant: et non fuit qui effugeret in discussis. August. O quam angustie erunt vie reprobis: superius inderit iratus: inferius horrendus chaos: a dextris peccata accusantia: a sinistris infinita demonia ad supplicium trahentia: intus conscientia vestra: foris mundus ardens: miser peccator sic deprehensus quo fugiet: latere erit impossibile: apparere intolerabile. ps. cxxxvij. Quo ibo a spiritu tuo: et quo a fascie tua fugiam. Anselmus. Si ea que celi ambitus continentur: vellent non esse sub celo: vel elongari a celo: nullatenus possent esse nisi sub celo: nec fugere celum: nisi appropinquando celo. Nam et unde: et quo: et qualiter irent sub celo essent: et quanto magis a qualibet parte celi elongarentur: tanto magis opposite parti appropinquarent. Sic quamvis homo: vel malus diuine voluntati subiacere nolit: non tamen eam fugere valet: quia si vult fugere de voluntate iubente: currit sub voluntate puniente: unde ps. lxxij. Neque ab ori: neque ab occi: neque a deo modo: supple fuga patet quoniam deus index est: id est ultor iniquitatis. Job. iiiij. Vidi eos qui operantur iniuriam et seminant dolores et metunt eos flante deo: perisse: et spiritu ire eius esse consumptos: unde valde stultus erat Jonas: qui volebat fugere a facie domini. Ione. iiiij. In die furoris domini: districti iudicij: et relinqueretur: quos educavi disciplina tyronum et doctrina. Tyrone est nouus miles. vij. q. j. si clericatus: et sic nutriti lacte deuotio nis: inimicus mens diabolus consumpsit eos vitios. j. ad Cor. iiij. cap. sicut gerula nutrit paruum lacte carnali. Iterum vocasti tecum dies solennis: dies iudicij: de qua in litera Ayn. in fin. in hoc cap. supra en ista est dies quam expectamus inuenimus vidi mus: dies solennis vocatur: non quod deo placeat: sed quod tunc improboz expectata lascivia compleatur: ad cuius solennitatis diem: id est ultimi examinis soluetur Sathanus qui ligatus est per annos mille. Apocal. xx. vbi dicit glosa tempore passionis Christi usque ad nouissima tempora: unde addit. Qui terrent me. Sapientie. xvij. Personae tristes apparentes pauporem illis prestabunt. Videbunt enim electi secundum Pascasium demones undique congregatos: visu horrendos: ad deuorandum animas: effrenati et exterriti purgabuntur: unde san

ctorum ecclesia gemebunda et planctu consona adempta sibi membra deplorans dicit: quos edu. et c. in fidet moribus: quia non peruererunt in viris perfectis ut dimicarent contra exercitus hostium. inimicus consumpsit eos vitios. et delitos nisi qui signaque Thau litera T signat in fronte portat. Unde illud Matth. x. z. xvj. Mar. viij. Luc. ix. z. xiiij. si quis vult post me venire abneg. se. et tol. cru. tecum. Reliqui non effugient gladium furoris domini: quamvis in ecclesia dei educati et nutriti fuerint: quia inimicus consumpsit eos in vitis finientes: ut in hodie in ecclesia dei: diem nobis iudicij terribilis domino comminante eleuemus voces nostras et fleamus: et ecclesia dei pro membris suis: pro magna parte sceleratissimis: vocetur locus fluentium sive lachrimarum. Judic. ij. z. hic lachrymas aqueas emittamus laudes animas: ut euadamus locum illum gehennalem ubi est fletus eternus. Matth. viij. xij. xxiij. z. xxv. ibi erit fletus tecum. vbi Bern. Fletus erit ob ignem qui non extinguitur. Et Greg. Illuc oculi desleant qui hic per illicitas concupiscentias versabant. Ad charius faciens verbū fratibus et plorans ait: plorremus fratres et producunt oculi nostri lachrymas: anteque eremus hinc: et eamus illuc ubi lachryme nostre corpora nostra oburant: et fleuerunt oes: pni in terra. Sed quod pena est fletus: vix inuenit qui diligat lamentationes. Sed nos super asinam sedentes cum Axa. i. super lasciuas carne: rogemus ut dignet deus arete animas irrigare: et si non superius irriguimus: i. pro celesti patria lugere saltem concedat inferius. i. pro peccatis. Josue. xv. Iudic. i. Axa aut montana interpretatur: quia flentes soliditudinem appetunt: et dicatur nobis a Christo. Matth. v. Beati qui lugent.

**De quintuplici paupertate Christi. Quo deus peccatores exaudit tecum.**

Cap. 6.

Leph. Ego Christus vel ecclesia. vir viriliter agens. ps. xxvi. gl. xxx. g. viriliter agite. xxxij. q. viij. sed illud Ambrosij. ibi. sciat virum ab Ambrosio appellatum: non sexus sed animi virtute. Job. j. Erat vir videns diligenter: id est considerans: de consecra. dist. iiiij. venisti: paupertatem Christus in passione clementiam ex qua omnes diuitie paupertates in spiritu. Matth. v. vel pau. nihilitatem. ps. lxxij. pauper sum ego. z. lxvij. g. Iterum ego sum pauper et doles: et iterum lxij. ego egenus vero et pauper sum. Apocalip. iiiij. in fin. ibi. Et ne scis quia tu es miser et misera et pauper et cecus et nudus ps. xxi. infirma ta est in paupertate virtus mea: in virga indignationis eius non furoris sed correctionis: de penitentia prima: sed continuo. Iterum: ego vir. Allegori. pro Christo. Quid enim mirum si paupertatem suam quisque videat: sed sicut gloriosior est paupertas Christi et mirabilior est omnibus diuitiis selecti: qui non rapinam arbitratus est esse se equali deo et c. Philip. ii. Ita hec visio paupertatis profundior. Ideo tota mentis et corporis intentione consideranda est: unde ps. lx. Beatus qui intelligit super Egenum et pauperem. Christum. Si enim Christi paupertas et exinanitio communis esset: sensu discerni posset. nec solo intellectu pascere. Nunc autem beatus precusat qui intelligit. bene quod paupertas admiranda et inquirenda: quum

sanctorum

sanctorum apostolum paupertas.ij. ad Cor. viii. altissima sitque a paucis intelligitur, tanto ergo illa magis admiranda quia et angeli mirantur, et de qua intellecta beatitudo nascit. sunt quidem beati pauperes spiritu. Matth. v. Sed eo spiritu quo ista paupertas intelligit que a spiritu sancto datur: ait ergo: Ego vir, q. d. ego cui adhuc oes thesauri sapientie scientie. ad Colo. ii. video paupertatem meam eam sponte pro aliis suscepit: miseri nolunt intelligere: qui nec omniumdam miseriam suam volunt aduertere. Fuit autem in Christo principaliter quadruplices paupertas. Prima quantum ad divitias corporales in nativitate: quia inuolutus vibus pannis. Sap. vii. In inuolumenit nutritus sum. Luc. ii. Inuenietis infantem pannis inuolutum. Bern. Non solatur panni Christi ambulantes in stolis, non solatur stabuluz et presepe amantes primas cathedras in synagogis. Item ibi super illo verbo. Iudas eius inuoluit. Luc. ii. Beda. Qui totus mundus nouo uestit ornatus: pannus vibus inuoluisti: et nos primam stolam innocentiam et iustitiam vni lapsus est Adam: de pe. di. ii. §. Romanos x. et post pauca: recipere valeamus ab eo per quae oia facta sunt. Jo. ii. Item ibi. Grecus. O admirabile coarctatione et per regnitionem, qz subit qui statim orbem ab initio: capit penuria: et ea in seipso decorat. Mirum si volueret venire poterat mouendo celum: pertinendo terram, emittens fulgura: non. n. sic processit, non. n. perdere sed salvare volebat. Joan. iii. ab ipsis primordiis humanas conculcare superbiam: atqz ideo non tantum homos: sed etiam homo pauper, et pauperem matrem elegit: que caret cunis: quibus natum infans deinceps sicut de paupertate matris Christo. xxvii. q. ii. si enim ibi loquens dicit de domino: Et nihil penitus habentem. Itz Luc. ii. Reclinavit in presepio. Beda. Dura presepis angustia statim tenuit cui celum: sedes est: vt nos per celestis regni gaudia dilatet. qui panis est angelorum in presepio reclinatur: vt nos quasi sancta afalia, carnis sue frumento reficiat. ps. lxvii. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Item super pre. c. Pannis inuolutum et positum in presepio. Bed. Et notandum qz signum nati salvatoris datur non in purpura ad ornatum: sed pannis squalentibus inuolutum: non in ornatis auro stratoz: presepiibus inueniendum. Apostolus. ii. ad Cor. viii. Scitis gratiaz domini nostri Iesu Christi: quoniam propter nos egemus factus est quum esset discus. Ber. Vere magna abusio. nimis magna ut discus velut esse vermiculus propter quem pauper fieri voluit dominus Sabaoth et Deus maiestatis. Item idem. Pauper natus est Christus: pauper vivit: pauper obiit. Item super illud. Luc. ii. Reclinavit eum in presepio. Christo. O si mihi licaret illud presepe videre in quo dominus iacuit. Hunc nos Christiani quasi pro honore tulimus lumen et posuimus argentum: sed illud mihi pretiosius est quod ablatus est. Argentum et aurum mire gentilitatis: christiana fides miretur illud lumen presepe qui in isto presepe natus est aurum condemnat et argentum, non condemnos eos qui honoris causa fecerunt vas aurea. xii. q. ii. aurum, sed admirabo deum qui creator est mundi: qui non inter aurum et argentum sed in luto nascitur. Itz. Vir iste Christus pauper conuersatione: quia sine hospitio. Iiere. xiiii. Quare futurus es quasi vir vagus: qz non habuit dominum propriaz ad manendum. Matth. viii. et Luc. ix. vulpes foueas habent etc. vbi Beda. Quid me

propter divitias, et huius seculi lucra cupis sequi: quoniam tante sua paupertatis: vt nec hospitio: nec domi habeant nec modo utrū tecto. Itz Christus in sermone de proditione Iude. Quos inquit preciosorum marmoz pompa delectat, cognoscant Christum omnium: qz locum in quo caput inclinaret: non habuit, et ideo discipuli ipsum interrogant: ubi vis paremus tibi comedere pascha? Matth. xxv. Mar. xiiii. Ibi etiam Christo. Aplice qualiter paupertatem quoniam dominus docuerat: per opera demonstrat non erat ei mensa, non candelabrum, non domus: nec quicquam aliud talium. Item super illud Mar. xi. Et introiuit Hierusalem in templum. Be. Hoc quoqz intelligentum est: qz tante dominus fuerit paupertatis: et ita nullus sit adulatus: vt in urbe maxima nullum hospitium: nullam mansionem inueniret: sed in agello parvulo apud Lazarum sororemqz eius habitaret: eoz quippe vicus Bethania erat. Unde sequitur. Et circumspicit omnibus si quis eius hospitio susciperet: quoniam vespera esset hora: erit in Bethaniam cuz. xiiii. Item pauper in morte: quoniam nudus perpendit in patibulo. Gen. xxxvii. Iudauerunt eum tunica talari. ps. xxii. induserunt sibi vestimenta mea: vt per crucem reducat nos ad statum innocentie. xiiii. q. d. dilectissimis. viii. di. §. i. In quo primi parentes nudi erant et non erubescabant. de pe. di. ii. §. Romanos. viii. al. c. sed nec Adam. et c. se. vt cognoverunt: Bernar. Vide pauperem Christum natum sine hospitio: iacentem inter bouem et asinum in presepio inuolutum vili panniculo: fugientes in Egyptum cum Joseph et matris consortio in exilio: sedentem in asino: nudum in patibulo. Item pauper post mortem non habens propriam sepulturam. Matth. xxvii. ibi. Et posuit illud in monumento suo novo. Anselmus in lib. de sacramentis. Pauper ita fuit Christus ut veniens in mundum, non in sua sed in aliena domo nasceretur: natus propter inopiam loci in presepio brutorum animalium ponetur: et viuens in mundo non haberet ubi caput suum reclinaret, nec moriens unde nuditatem suam teget. Nec mortuus ubi volueretur. Nec sepulcrum aut locum ubi corpus mortuum locaretur. Secunda paupertas fuit in isto viro Christo quantum ad potentiam: quando permisit se capi et crucifigi. Unde Iiere. xiiii. Quare futurus es velut vir vagus: et fortis qui salvare non potest. Hinc est quod princeps sacerdotum deridebat eius dicens Matth. xxvii. Luc. xxiiii. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. vbi Hiero. Etiam nolentes confitentur. Scribe et Pharisei: qz alios saluos fecit. itaqz vestra vos condemnat sententia: qui enim alios salvauerat: vtqz si vellet seipsum salvare poterat. Item ibi Bern. Quum sit ipse salus: salvatione non indiget, sed operatur salutem nostram: nec caudam patitur deesse sacrificio vespertino hostie salutaris. Nam quoniam salus esse non possit nisi qz perseverauerit usqz in fine. Matth. xxiiii. et x. de pe. di. ii. §. euidenter. versi. pp. et versi. itz illud quanto min? poterit esse salvator? Itz Abachuc vlt. ibi: Abscondita est fortitudo eius. Et Esa. l. Facies mea non auerti ab increpantibus et cospuentibus in me te. Aug. Inuenio fortem Jesum: in principio erat verbum. Joan. i. Inuenio infirmum Jesum: verbu caro factum est. Fortitudo eius me creat: in infirmitate me recreat. Ambro. Paupertas tua patrimonium meum est infirmitas tua sanitas mea est: plus debeo.

Secunda paupertas.

Tertia  
paupertas.

injurijs tuis quibus redemptus sum: quam operis  
bus tuis quibus creatus sum. Tertia paupertas  
sunt in eo quantum ad sapientiam vnde et dicebant  
Iudei: Demonum habet et insanit: quid eum audi-  
tis? Joan. vii. diij. et x. Luc. xj. et 2. Mat. xj. In prin-  
cipe demonorum ejicit demonia. Unū iterum inter-  
rogatus a Pilato nihil redit ita ut miraretur Pi-  
latus. Mar. xv. vbi Theophilus. Mirabatur autem  
pilatus: quia quum doctor legis esset eloquens et po-  
tens responsum sua eorum accusationes infringere:  
non respondebat quicquam: sed magis accusationes  
viriliter sustinebat. Quarta paupertas quantum  
ad pulchritudinem: quia iste in quibus desiderant an-  
geli prospicere. Pet. i. Et cuius pulchritudinem sol  
et luna mirantur, sed Amb. celsus alapis: sputis illis  
tus deformatur. Esa. liij. Non est ei species neque de-  
cor. Bern. Facies pulchra pre filiis hominum: sputis  
Iudeorum deturpatur. Iterum idem. Vultus tuus ho-  
ne Jesus in quibus desiderant Angeli prospicere: sputis  
inquinauerunt manus percusserunt: velo pro de-  
risione operuerunt. Ideo. Intuere panis sordidum:  
plagis linduz: sputis illiti: morte pallidus et nigrus.  
Paupertas quinta addenda est in Christo que  
maior superioribz est: scilicet quantu ad propriaz vo-  
luntatem. Joan. vi. Quia descendit de celo non ut fa-  
ciaz voluntatem meaz: sed voluntates eius qui mi-  
sit me patris. vbi Aug. Propterea. n. anima a deo  
exit: quia superba erat: superbia enim electi sumus:  
humilitate regredimur. Ad dicus. n. quoniam egrediti-  
nez discutit si curet: quod per aliquam causam fa-  
ctum est: et ipsam causam non curet: ad ipsos videtur  
mederi: sed causa manente morbo repetitur. Ut ergo  
causa omnium morborum curaretur. i. superbia: dese-  
dit et humilis factus est filius Dei. Quid superbis  
homo: filius Dei propter te humiliis factus est. Pur-  
deret te fortasse imitari hominem: humilem: saltez imi-  
tare humilem Deum. Hec enim mendatio humili-  
tatis est. Non veni facere voluntatez meam: sed vo-  
luntatem eius qui misit me. Superbia quippe facit  
voluntatez suam: humilitas voluntatez Dei. Item  
idem ibi. Ideo eum qui ad me venerit non ejiciam  
foras: quia non veni fas: vobis. humilis veni humili-  
tatez docere. Qui ad me venit incorporatur in me:  
et humiliis fit: quia non facit voluntatez suaz: sed dei:  
et ideo non ejicietur foras: quia quibus superbis esset  
homo: electus est foras: ad me. n. venire non potest  
nisi humiliis: non mittitur foras: nisi superbis: qui ser-  
uat humilitatez: non labitur a veritate. Item Luc.  
xxij. idem Mat. xxvj. et Mar. xij. ibi. Veruntamen  
non mea voluntas: sed tua fiat. vbi Dionysius ale-  
xandrinus. Perfectissimus autem modus tentationes  
eritandi manifestatur hic quibus dicitur: veruntamen  
non mea vobis. n. inexperienced est malorum.  
Vult autem nobis bona largiri supra illud quod petis-  
mus: vel intelligimus. Ergo perfectaz voluntatem  
patris est ipse nouerat petit sortiri effectus: que eadem  
est et sua beatitudinem: Renuit autem impleri humana  
voluntatem quam dicitur quibus paterna voluntate mi-  
norem. Item ibi Athanasius: Hominum quidem  
velle hic ostendit: alterum quidecumque humanum quod est  
carnis alterum diuinum. Humanitas. n. ob carnis fra-  
gilitatez recusat passiones: sed diuinus eius affectus  
affectanter eas subiicit: eo quod non esset possibile euasus  
tineri morte. Sequitur in Thre. In virga indignationis eius. Hac virga Christus percussus est.  
Esa. liij. Propter scelus populi mei percussi eum.

Non quod indignatione dignus esset: sed populus  
propter quem percussus est a patre: Item admo-  
uetur ecclesia militans: videre paupertatem suaz et  
misericordiam quādū peregrinatur in terris: et percus-  
tim membra eius indignatione diuina: ut humilien-  
tur et convertantur: quia castigat Deus omnem su-  
um quem recipit. Ieron. iiij. Heb. xii. Apocal. iiij.  
de pe. diij. si enim. Si enim pater filium proprium  
virga passionis percussit: quanto magis membrorum  
vnde super illud Ezech. i. Cum fieret vox super sur-  
mamentum tecum Grego. Sancti qui quis ipsum  
virgenitum quoque flagellatum ex sententia patris  
in hoc mundo conspicunt: deponunt liquidum de suis  
meritis presumunt. Nam si hinc ipse sine flagello  
non existit qui sine peccato venit: quomodo flagellis  
digni non erunt qui hinc cum peccato venerunt?  
Hier. xl. Ecce quibus non erat iudicium: ut bis  
berent calicem: bibentes bibent: et tu quasi inno-  
cents relinqueris. Item quodlibet membrum de  
ecclesia ad Deum conuersum post percussonem di-  
cit. Ego vir et propterea enim deus tribulationes  
mittit ut homo humilietur et cognoscat paupertatem  
et nihilitatem suam. Unde secundum Isaac.  
de vita contemplativa. Regulariter humilitas que  
est cognitione propriæ infirmitatis et paupertatis: nisi  
per tribulationes non acquiritur: quam si quis pa-  
tienter portat premium consequetur. ps. ix. Patien-  
tia pauperum non peribit in finem. Quis autem  
cogitare posset quanta est humana paupertas: et mu-  
seria exterior et interior: propter quod homo ille Ad-  
dam descendens dicitur ad Hierusalem pacifica: id  
est paradiſo terrestri in Hierico: id est in defectu. Lu-  
ce. x. quia homo miser et mendicus aliunde cogitur  
omnia vendicare: victum a terra: vestitum ab ani-  
malibus: administrulum amentis: respiramen ab  
aere. Inde est illud poeticum. Uestes quas geritis  
sordida lana sunt. Unde increpat dominus lactan-  
tiam superborum diuinitum huius mundi. Apocal.  
iiij. Dicis quod domini sum et nullius egeo: et nescis  
quia tu es miser et miserabilis et pauper: et cecus et  
nudus. vnde Seneca. Si quem vere vis estimare:  
nudum inspice: ponat patrimonium et honores et  
alia fortune mendacia: profecto sicut ait Poeta.  
Moueret cornicula risum furtiu nudata coloribus.  
Quanta paupertas et miseria: in carcere sus-  
mus. Job. viij. quia circundedisti me carcere et ps.  
cxli. secundum aliam translationem: educ de carcere  
animam meam: in quo ligatus est homo: et septem  
penalitatibus vinculatus: que sunt famis et siti,  
frigus et calor: labor et dolor: propter istam pauper-  
tatem nobis innatam: dicit Paulus. i. ad Cor. viij.  
quid habes quod non accepisti: et Gal. vi. Si quis  
existimat se aliquid esse quoniam nullum sit: ei paupertas  
Sed paupertas maior que est in homine: est suam  
non cognoscere paupertatem: tamquam pauperes  
et mendici oramus. Panem nostrum quotidiana-  
dianum da nobis hodie. Mat. vi. Luc. xj. de con-  
distin. ii. in calice. in fi. vbi dicit Aug. Qui panez quo-  
tidianu petit: domini est aut pauper. Huius paupertas  
cognitionez habebat qui dicebat. ps. lxvij. Ego  
sum pauper et dolens. vbi dicit glo. Non gementi  
inopi quis subueniet: quis satiat pauperem non  
dolentem. Ue pauperi dicenti: quia domini sum  
et nullius egeo. Apocalip. iiij. Ue pauperi riden-  
ti: pauperi insolenti: pauperi lecani: mazania: dum  
mendicantibus aliis distribuitur almonia vite.

Aleph

Ouidius.

Horatius.

Aleph me minauit. versus. Quum grex minaf: lupus illi dente in natur. Quasi leprosus et abie ctim: et adduxit in tenebras tribulationis. Et no in lucem prosperitatis. Ade minauit et quum, scz pater voluerit contrahere filium in infirmitate: et reputat est quasi leprosus et percussus a deo. Isa. iiiij. quasi in tenebras: et non in lucem ductus est: sed tenebre eum non comprehendunt. Joa. i. Eccliam quoqz cum minis et terroribus: subicit ad ducit in tenebras afflictionis: et non in lucem presentis prosperitatis. Aleph. Tantum in me verit: in labore hominum sunt: non in alios qui in labore hominum non sunt: et cum hominibus non flagellabuntur. ps. lxxij. sed cum demonibus. Verit: limando cedendo: parcendo. Et conuertit manum suam: vindictam operationem. Tota die assidue. Tota vita sanctorum: dies est. Job vltim fin. Mortuus est. Job senex et plenus dierum. Greg. Dies est vita iuli. ps. xvij. Dies diei erit. cc. Angustia christiana christiano, et nox noctis indeus in deo. Proverb. iiij. Justoruz semita quasi lux splendens procedit et crescit usqz ad perfectam diem. de pen. dist. ij. non reuertebantur. vbi Greg. In eorum namqz animo bonum desiderium atqz intellectus lucis intime lati pars dei est. Iterum. Tantum in me tc. Doc quoqz ad caput christum et membra ecclesie eque refertur. Nuncunqz enim pie volunt viuere in Christo: persecutionem patiuntur. ij. ad Timo. iiij. quozum vox est tantum in me tc. Alios enim non corrigit: sed libere vagari permittit ecclesiam non tam de iudeis qz gentibus multis disciplinarum affligit languoribus. Manum ad flagellandum mittit: qz castigat omnem filium. Proverb. iiij. Hebr. xij. Apoc. iiij. quem recipit: et clementer conuertit ut misereatur. ps. xcij. Deus tu propitius fusti eis: et vlcscens in omnes adiument. eorum tc. vbi expositor dicit. Non odi: sed pacis est talis vltio: qua flagellat filium: ne pereat: nec se iudicem dominus exhibet sed amicum. Jesus domini exercituum facit hoc: dum in virga et verbibus iniquitates visitat et peccata. Conuertit ergo manum parcendo auxiliando eis: quos emendat puniendo. De alijs autem dicitur. ps. lxxij. In labore hominum non sunt: et cum hominibus no flagellabuntur: subaudi: sed cum demonibus de pen. dist. j. serpens. Beth. Utuastam, quasi quis tam misero non misereatur. Fecit pellem meam: uestuam inquam peccato. Et carnem: plebem fragili. Conuertit ossa mea: fortiores in ecclesia. vij. q. j. S. hoc tunc. ver. est et aliud. Uestuam: non uetus state peccati christus afficitur: sed membra eius vi tis inueterata corruipuntur: quod communiter deplorat et caput et corpus. vnde David. ps. vi. In ueterani inter omnes inimicos meos. Baruch. iiij. Inueteratus es in terra aliena. Hemit christus vel ecclesia: quia quidam afficiuntur peccati macula. Quasi pellis inueterata: peccatum pertinet ad vestitatem: virtus ad nouitatem vnde exuentes uerem hominem cum actibus suis: et induentes nouum. Ephe. iiiij. Hac ueritate confecta est ecclesia: que in presenti non potest esse sine macula et ruga in membris, quia si dixerimus qz peccatum non habemus: nonmetipso seducimus: et veritas in nobis non est. j. Joan. i. tc. de pen. dist. ij. si enim. Alii sunt pelles. Salomonis. Lanti. i. idest christi cuius pelles sunt omnes sancti: qui se cum christo

mortificantes: crucifixi perunt carnem suam cum vi tis et concupiscentijs. Gala. v. Dantes pellem pro prie mortificationis pro pelle, idest pro saluatione aliorum. Job. ij. Constat enim sanctos passionibus traditos esse: vt ipsorum et aliorum anime saluarentur: doctrina et exemplis informande. Id est carnes vniuersa plebs in corpore Christi quasi mollis et tenera significatur. ps. xxvj. Num appropiant super me nocentes ut edant carnes meas. nisi enim in vetustate peccati carnes essent: elca inimicorum non essent. Conuertit ossa mea. i. fortiores: qz in passione christi etiam apostoli sunt contriti: et timore dispersi. Matth. xxvj. Hoc deum fecisse dicit: quia iusto iudicio permisit. Beth. Edificauit in gyro meo, et circundedit me. Circundederunt christum cum lanternis et facibus et armis. Jo. xvij. et Luc. xxij. circuicedit me ne possem effugere. Felle et labore. ps. lvij. dederunt in escaz meam fel. tc. Edificauit vox ecclesie gementis: immo christi in membris suis, qui in passione deprehensus inquit. Traditus sum, et non egrediebar. in hs. lxxxvij. qz edificauerat scilicet pater in gyro obsidionem: quando cum armis et fustibus circuicederunt: et vincutus ante presidem adduxerunt. Hoc vallo circuicpta qz felle amaritudinis et labore tribulationis afflita est humanitas christi, sic etiam vallatus ad passionem ductus: et ibi cibatus est felle et labore. In felle: amaritudo tribulationis in mente designatur. In labore et tribulatio, in carne, vt integra christi passio intus et extra intelligatur, vt homo qui peccat cum anima et corpore libenter easdem passiones quotidie in ecclesia patitur christus que est de carne eius et de ossibus. Ephe. vi. vt compleat ea que delunt passionibus christi. ad Col. i. Inde dicit: edificauit in gyro. Ecclesia enim oblesia omnibus malis inter scorpiones habitat. Ezech. ij. vbi est sedes sathanae. Apoc. ij. soror est draconum et socia stritum. Job. xxx. hereticorum vallatur exercitu a falsis fratribus quasi felle et aceto potatur. cciiij. disti. si inimicus. Undiqz opprimitur tormentis persecutorum. vij. q. j. S. hoc autem. Huic seculi adulantur et carnis blandiuntur desideria. Hostis antiquus undiqz rendit insidias. Unde recte clamat. Edificauerit in gyro meo. vnde ps. liij. Quis dabit mihi pennas sicut columbe et volabo et requiescam. vij. q. j. S. hoc autem. vbi Gratianus tractat de ista ecclesi perfecutione occulta et manifesta. Beth. In tenebrosis inferni vel sepulchro. psals. lxxvij. Posuerunt me in lacu inferiori in tenebris et umbra mortis. Collocavit me, verbum christi, pater collocari permisit. Quasi mortuos semperenos, quia non vere, quia tertia die resurrexit. Matth. xxvij. Et in symbolo. credo. inter mortuos liber. ps. lxxvij. In tenebrosis. Passio Hieremie christi passionem significat: christus enim pro nobis mortuus est: non mortuus seculi, qui in mercedem iniquitatis recipiunt mortem: et ex propria peccati. de conse. dist. iij. c. ij. Unde quasi mortuos semperenos. Licet eni mortuus fuerit. extra celemis. cum marthe. S. ex eo. et c. in quadag. S. j. collocatus tamen in tenebris vel inferni scilicet limbi patrum: vel sepulchri vel passionis: sed non mortuus semperenos, quia inter mortuos liber. psals. lxxvij. quia sine peccato vnde cito resurrexit. Et ecce membra lugere habent: qz amissio lumine interiori in peccatorum tenebris collocata, nec seipsa

quantum sint misera: quam in felicia: quam malis  
oppresia iam nudata bonis videre possunt. Hoc  
enim maxime conatur inimicus, vt anima lumen  
amittat: nec amissum recipiat. Hinc Iohannese Sa-  
son oculos eruerunt. Hinde ad molam mittunt:  
vt ambulans in circuitu nunquam viam vite inue-  
niat. Judic. xvij. Hinc Sedechie oculos Nabucho  
donosor effodit. deinde vincutum in caueam Baby-  
lonis decepit. iiiij. Reg. vlt. Quium autem talia me-  
bra adhuc in carne deuicta plorant: non sunt vere  
mortua: sed quasi, qz datur eis locus penitentie an-  
tequam virgat super ea puteus os suum. ps. lxvij.  
qz misserante deo de profundo iniuitatis ad vitaz  
redeut. de pe. di. j. S. ex ijs ita qz. ad fi. Gymel. Cir-  
cumedicauit. ps. cxvij. Circundederunt me dolores  
mortis. cohortes iudeorum. Aduersum me. vt  
non egrediar. ps. lxxvij. Traditus sum et non egre-  
diebar de manibus inimicorum. de laqueis peccatorum. Aggrauavit compedem meum. Hieremias  
in carcere compeditus erat. Hier. xxii. histore. Christus ligatus a iudeis allegorice. anima a virtus  
tropologice. Circumedicauit. alleg. ac si Christus  
dicat. Excitauit aduersum me pater corda iudeorum  
circumedicauit cohortes vt non egrediar de  
manibus eorum: donec impleantur yaticinia pro-  
phetarum. Ecclesia quoqz concluditur dogmati-  
bus hereticorum. vallatur supplicijs peccatorum  
vel persecutorum. quod deplorans. totum deo attri-  
but: cuius iudicio fit. Aggrauavit compedez mei:  
id est immanitatem tormentorum ps. cij. Humiliauerunt in compedibus pedes eius. Uel deceptio-  
nem. quod frequenter contigisse nemo dubitat. sed  
habet anchoram suaz: id est spem in celo: Hebre. vij.  
desiram: ne huiusmodi fluctibus submergatur. j. q.  
iii. turbatur. Membra ecclesie sceleribus aggra-  
uata ne possint evadere formidant: quorum sunt  
corrueris et miserentis dei est eruere. vnde conclusa  
a carcere pessime captiuitatis. non possunt egredi  
ad libertatem bone actionis. Aggrauantur compe-  
des: quoties iniuitatem iniuitati apponimus fu-  
nibus peccatorum nostrorum costringimur. Pro-  
uer. y. His aggrauati compedibus. pium dominus  
indefiniter oremus. vt propter importunitatem  
accipiamus quod petimus. Luc. xi. de pe. di. j. Im-  
portuna. Greg. Importunitas deo placet: que in-  
grata hominibus esse solet. ps. clyij. Prope est  
dominus omnibus innocentibus eum: alioquin  
ad patriam transire non poterimus. obstruxit enim  
nobis viam concupiscentia oculorum: voluptas  
carnis: et superbia vite. j. Joan. ii. Istis compedibus  
ligantur potentes ecclesie: qui et reges dicun-  
tur: regnantes male in carne. ps. cxli. Ad alligan-  
dos reges eorum in compedibus tc. Et vitiaz fer-  
rea essent hec vincula: et timeret. Aug. Ferrea sunt  
vincula qz diu timent. ament: et aurea erunt. Item  
Hier. liij. Oculos Sedechie eruit: et fixit eum com-  
pedibus. ps. cij. Humiliauerunt in compedibus  
pedes eius. Item ps. clyv. Dominus soluit com-  
peditos. Aug. Ligatur qui soluit cōpeditos. ligio  
suspeditur et erigit elisos. aceto potatur sōs vite.  
Bern. Vide homo quo amore te dilexit deus: vt  
vestigia eius imiteris. pro te ligatus est: vt te a vin-  
culis peccatorum solueret. Gymel. Sed et quum  
clamarem et rogarem. vox Christi. Pater si fieri po-  
test trahat a me calix iste. Mat. xxvj. Exclusit ora-  
tionem meam. anima peccatis obstantibus non  
audit. ps. xvij. Clamauerunt: nec erat qz saluos face-  
ret. qz cum superbia clamauerunt ad dominum.  
nec exaudit eos: qz causas contra quas orabant  
non abscederunt secundum Climacum in gradu  
de superbia et ps. cvij. Et oratio eius fiat in pecca-  
tum. de pe. di. iii. nihil. Joan. ix. Scimus autem qz  
peccatores deus non exaudit. volentes scilicet in  
peccato remanere. j. Joan. iii. Charissimi si cor no-  
strum non reprehenderit nos: fidutiam habemus  
ad deum. vt quicquid petierimus. recipiemus ab  
eo. vnde ps. lxxv. Iniquitate si asperxi in corde meo:  
non exaudiet deus. Greg. Quando is qui displacebat  
ad intercedendum mittitur: irati animus ad dete-  
riora prouocatur. iij. q. vii. in graibus. xlvi. di. S. fi.  
alias peccatores ad deum reuerti volentes deus  
exaudit. Unde Aug. super illo verbo predicto Jo.  
ix. Scimus tc. ait. Adiutor tamen inunctus loqui-  
tur nam et peccatores exaudit deus. si enim non:  
frustra publicanus diceret. Luc. xvij. Deus propri-  
tus esto mihi peccatori. et ex ista confessione meruit  
iustificationem: quomodo iste cecus illuminatio-  
nem. Siquis etiam orat pro aliquo cuius pernarsi-  
tas orationi resistit: vt propositum peccandi: maxi-  
me per peccatum in spiritu sanctum. de quo Mat.  
xij. Mar. iii. xxv. di. qualis. Que sunt peccata in  
spiritu sanctum legitur et no. de pe. di. j. S. potest,  
etiam in glos. peccatum in spiritu sanctum. non  
impertrabit. sicut nec Hier. cui dominus ait. Hier.  
vij. Noli oxare pro populo hoc. nec adsumas p-  
eis laudem et orationez: et non obsistas mihi: quia  
non exaudiar. de pe. di. j. predixerat. et Hier. xv. Si  
steterit Abyses et Samuel contra me: non est ani-  
ma mea ad populum istum. ad hoc. l. dist. si quis.  
Gymel. Conclusit vias meas. id est itineria sancta-  
rum scripturarum. Joan. j. Dirigite viam domini  
scilicet per sanctarum scripturarum predicationes.  
Lapidibus quadris philosophorum quadratis  
eloquij. ne recto transte fidei citius ad eternam  
perueniat patriam. Lapidibus qua. quatuor affe-  
ctibus hinc cupiunt metuuntqz. dolent gaudetqz.  
dicit Virgilus ene. vij. Quatuor autem sunt af-  
fectus animi: qui secundum Augu. quasi quedam  
principia et communis materia sunt omnium vi-  
tiorum atqz virtutum. scilicet timor. et dolor: spes et  
gaudium. vel quatuor lapi. logica. arithmetic. geo-  
metria. astronomia. que non sunt scientie pietatis.  
de quibus. xxvij. di. nonne. et c. omnem vim. que  
palea est. et qz. sed et contra legitur. ibi. quod insidie-  
les non putant. qz non legunt in euangelij et pro-  
phetis alilogiam: et alia huiusmodi que despecta  
sunt. qz nihil valent ad salutem. sed mittunt in erro-  
rem. et c. si quis grammaticam. Semitas meas sub-  
uertit. subtilissimas scilicet diuinarum rerum in-  
telligentias seculari dogmate subuerti permisit. si-  
cut fit Parrhisijs et in Anglia Oxone. Be-  
leth. Ursus insidiatis factus est mihi diabolus in  
membris. Leo in abscondito in seipso que circuit  
querens quem deuoret. iij. q. j. nulli. ps. ix. Insidia-  
tur in abscondito quasi leo in spelunca sua. de pe.  
di. ii. si enim. y. sedet quippe. Ursus insidiatis tc.  
Alleg. Communis vor est capitis christi et corpo-  
ris ecclesie: qz ursus insidiatis factus sit eis. qui et  
eternus est et incomparabilis. non qz a natura pie-  
tatis et bonitatis immunitetur. sed propter effectus.  
xxij. quij. incomparabilis. de pe. di. j. qz diminita-  
tis. Illum enim contra filium suum erigi permisit:

&amp; contra

et contra suam ecclesiam permittit: qui ursus et leo est per effectus: his enim duabus bestiis ois diaboli sevitia demonstratur. Per leonem ipse diabolus vii. q. s. hoc autem. Per ursum vero membra eius: heretici et falsi fratres. Sed proprius leo est diabolus in aperta persecutione ecclesie: ut pre. s. hoc autem. Iesus vel draco in occulta. vt ibi. vnde Augu. Leo aperte irascitur: draco occulte insidiatur. Pugnauit ecclesia prioribus temporibus aduersus leonem: pugnat modo aduersus draconem. Gemit ergo propheta immo christus et ecclesia. Ursus insi. tc. Hesunt bestie que contra Iaud pastorem obuiaz veniunt: et gregez deuorare cypium: sed eruit Iaud onem de ore leonis et fauibus ursi. vnde. j. Regu. xvii. dicit Iaud qui christum significat: quia interpretatur manu fortis. Luc. xi. Leonem et ursum interfeci ego. Hic est christus qui oues suas ducit ad pascua vite. Ezech. xxxiii. Joan. x. Et eruit de ore leonis: et ursorum brachia confregit. ps. xcviij. Nos autem populus eius et oues pascue eius, hoc factum est in morte christi quando oues liberarent. Luc. xv. ps. xc. Concubabis leonem et draconem, de isto per quem diabolus accipitur in membris. Iani. vij. Bestia ursi similis in parte stetit. Et tres ordines erat in ore eius et in dentibus eius, et sic dicebant ei: surge comedere carnes plurimas. Ursus animal est deuorans, significat carnales gulosos et murmuratores, maxime quia melibenter comedit. Inquietus est. vagi sunt servi demonis per mundum. sicut Gen. iij. de pen. dist. j. s. ex us itaq; ver. cayn. In abditis locis moratur: quia qui male agit odit lucem. Jo. iii. xvij. q. i. perniciosa. extra de of. dele. consuluit. Caput habens debile, quod debilis est diabolus si sue suggestioni quis a principio contradicat. vnde et si percutiatur in capite cadit. vnde ps. cxvij. et alludit parvulos. i. primos motus vel suggestiones suae ad petram christum. Matt. xvij. ibi. super hanc peztram. j. ad Corin. ix. de conse. distin. ij. reuera. Tripli ordine dentium percutit et mordet: quosdam apertis virtutis: quosdam occultis: quosdam sub specie virtutis vel boni: in lucis angelum transfiguratus. i. Corin. xj. xlj. distin. sepe. xxvj. q. v. nec miruz. extra de regu. licet. Comedit carnes plurimas: quod multos carnales deuorat. ps. xxvj. vt edant carnes meas: et iterum: quia comederunt Jacob, et iterum ps. xij. z. li. Qui deuorant plebem meam ut cibus panis. De duobus ursis diabolo et corpore ei<sup>o</sup>. iiiij. Reg. i. ibi dicitur quod duo ursi lacerauerunt. xlj. pueros. Beleth. Semitas meas subuerit: vox ecclesie. i. subiuncti permisit semitas: stricta consilia euangelij: de quibus Mat. v. xij. q. i. s. i. xxvij. q. v. qui sunt. ps. cxvij. Semitam meam inuestigasti: et iterum ps. cxvij. Deduc me in semita mandatorum: et iterum. ps. xxvij. Uias tuas domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce me. Et confregit me. i. permisit: propter peccata. Posuit me desolata. Ecclesia sponsa christi sanguine eius dotata. gemit se desolatam et quasi adulteram a sposo relicta a multis membris. Nec est qui hodie consoletur eam ex omnibus charis eius. supra. j. c. in litera. Beth. quod consolationem terrenam querit. vnde habet ibi consolationem suam in suis honoribus: delicias et divitias. Sed ve ei Luc. vj. Bern. Preciosa est divina consolatio: nec omnino attribuitur admittentibus alienam. Beleth. Tendit arcum suum, indicium. ps. vij. Mis conuersi fueritis et. arcum suum tene-

dit et. Hec arcum scripturarum. Apoc. vi. ibi Habet arcum. Scripturarum cum qua percutit contumaces. Et posuit me: vndeque percutiendas. Quasi signum ad sagittam. timoris, vel amoris, vel cuiuslibet afflictionis. christus enim et ecclesia in titulum contra omnes aereas potestates erigitur. vnde. j. ad Cor. iiiij. spectaculum facti sumus huic mundo angelis et hominibus. christus in se et in omnibus membris taculis inimici opponitur: et ipse est signum cui tota die contradicitur Luce. ii. ibi. Et in signum cui contradicitur. vbi Basilius. Signum contradictionis accipiens proprius crucis dicitur a scriptura: fecit enim inquit. Numeri. xxi. iiiij. Reg. xvij. Joan. xij. Moyses serpentem eneum: et posuit pro signo. lxij. dist. s. verum. Et Origenes. Omnibus autem que de christo narrat historia contradicitur ab incredulis: quia apud incredulos vniuersa que de eo scripta sunt: signum sunt cui contradicitur. Bern. Sustinuit in dictis contradictores: in factis obseruatorum: in miraculis depravatores: in tormentis illusores: et in morte exprobatores. Specialiter in signum charitatis positum fuit christus in hac vita: maxime in cruce. Quante enim charitatis fuit signum quod christus sagittas opprobriorum: irrisio: spitorum: colaphorum: clavorum: et lancee sustinere voluit: sic nos per charitatem debemus esse tanquam signum immobile contra sagittas castigationum diuinarum. de quibus Job. vij. Sagitte domini in me sunt. Item contra sagittas detractionum et persecutionum humanarum: de quibus ps. lvj. Filii hominum dentes eorum arma et sagitte. de pen. dist. j. periculo. Item contra sagittas temptationum diabolicarum. Ephe. vij. in omnibus sumentes scutum fidei: ut possitis tela nequis simi extinguere et c. ps. cxix. Sagitte potentis acute contra tam multiplices aduersitatum sagittas stat charitas quasi signum immobile. Aug. Charitas inter opprobria secura est: inter odia: benefica: inter iras placida: inter insidias: innocens: in iniestate, gemens: in veritate, respiciens. Prelati etiam intra ecclesiam sunt sicut signum positum ad sagittam. extra de accusa. qualiter. i. s. licet. qui a subditis merito sagittantur: quod prout communiter, signis et vite domini contradicunt. Nam pre alijs ipsi castitati sue et matris virginis contradicunt. Quibus Ezech. xvij. dicitur. Ad omne caput me edificasti signum prostitutionis tue: caput vocat principium. Infelix enim luxuria principium est viarum malorum sicut patet in pueris colludentibus. Bene autem dicitur edificasti. Sicut enim edificantes lapide lapidi opponunt: Ita luxuriosi nunc vobis: nunc actu, nunc tactu: nunc visu: nunc nutu: signa prostitutionis multiplicant. xxij. q. iiiij. meretrices: et. q. v. sicut c. uero solo. c. qui viderit. Contradicunt etiam humilitati christi non detestando signum superbie: sicut Hester que dicebat. Hest. xij. deo: Tu scis infirmitatem meam et necessitatem quod abominer signum superbie et glorie mee quod est super caput meum. Quatuor sunt signa superbie. Onatus vestium: sicut patet in diuite purpurato Luc. xvij. vbi Grego. Si subtilium preciosarumque vestium cultus: culpa non esset: nequaquam sermo dei tam vigilanter exprimeret: quod diues purpura et bysso induitus: apud inferos torqueretur nemo quippe vestem preciosam nisi ad inanem gloriam querit ut honoratior certe res esse videatur. Nemo enim vult preciosis vesti-

Supbie  
signa  
sunt qua-  
tuor,

bus indui: nisi ybi ab aliis possit videri. Unde et septima synodus dicit: Omne quippe quod non propter necessitatem suam: sed propter venustatez accipitur: elationis habet calumniaz quemadmodum magnus ait Basilius. xxij. q. iii. omnis iactantia. ver. hoc verba et pomposa et se iactantia. ps. xvij. Os eorum locutum est superbiam. Tales loquuntur grandia totius eorum sermo superbia est. de pe. dist. ii. si enim. ver. petrus quoq. et iij. Ps. ii. ibi superbiem enim vanitatis loquentes xlvi. distin. hoc habet. Ascensus loci ps. lxxij. superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Amant primas cathedras in synagogis. Mat. xxij. Contradicunt etiam signo charitatis christi. de quo dicitur: Hic quasi signum ad sagittam: per signum fraudulentie et odii. Mat. xvij. Qui autem tradidit eum: dedit eis signum et. He. misit in rebus et luxuriosis vel infidelibus. Filias pharetra sue, sagittas occulti in dicis vel scripture. Misit, mitti permisit, vox sponsi et spouse. Pharetra dei patris scriptura est: ex qua iudicij dei quasi ex arca sagittas corpus christi accepit. Heretici quoq. sagitta infidelibus aliquando intoxicas ex hac pharetra producunt corda innocentium feriunt. Ex hac pharetra veniunt sagitte, ex quibus exterior homo timore consigitur: et interior amore afficitur. vnde misit i re. re. si. pha. si. affectiones diuini amoris vel timoris. ps. cxvij. Conlige timore tuo carnes meas a iudi. enim tuis timui. Et iterum Psalms. xxv. vte renes meos et cor meum et. et iterum ps. xxvj. Sagitte tue in fire sint mihi. Vel pharetra astutia et malitia diaboli est. de qua percutit in ecclesia multos. ps. x. Maranerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscurio. ut subtili tentatione maxime sub spe boni que difficile cognoscitur. He. facius sum vox christi vel corporis sui ecclesie. In derisum omni populo: infidelis, vel heretico. ps. xxj. Omnes videntes me dearserunt me. Tota etiam die pagani derident christum et ecclesiam: maxime propter scelera nostra: propter que nomen domini blasphematur: et fides nostra contemptibilis habetur. xl. dist. de iudeis. extra de bap. maiores. s. item queritur. Lanticum eorum tota die. ps. lxvij. In me psallebant qui bibebant vinum. He. Repleuit me amaritudinis passionis. Inebriauerunt me absinthio: myrrhati vini. Mar. xv. ibi. Et dabant ei bibere myrratum vnum. vbi Augus. Hoc intelligendum est. Mattheum dixisse Mat. xvij. Et dederunt ei bibere vnum cum felle mistum: sel quippe pro amaritudine posuit. Myrratum enim vnum amarisimur est quaque fieri possit ut et felle et myrrha amarissimum redderent. Ibi etiaz Theophilus ait: vel ignoratio ne quadam existente, alii alia offerebant: quidam acetum et fel, quidam vnum myrratum. Beda Hier. ij. ac med. Amara vitis: amarum vnum fecit, quo propinat dominum iesum: vt impleteur quod scriptum est. ps. lxvij. Sederunt in escas meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto.

Uau. Confregit ad numerum dentes meos. ps. iij. Dentes peccatorum contriuisti, et iterum. ps. lvj. Filii hominum dentes eoru arma et sagitte: loquitur detractoribus: et falsis accusatoribus. de pen. dist. j. periculo: vt nec unus remaneat. Dentes: christi apostoli. Allego. et alii discipuli in passione confinati et dissipati sunt: quibus quasi dentibus credentes in corpus suum transfundit

christus. Lanti. iii. Dentes tui sicut greges tonsarum. Libauit me cinere. ps. cj. quia cinerem tanquam pa nem manducabam. Ecclesia quoddammodo etiam fractos dentes habet. Et ideo plangit: qd sanctam scripturam non ruminat neque terit. Animal autem quod in lege non ruminat immundus est. Leui. ix. Nam etsi hodie plena sit ecclesia scientia legendi audiendo et predicando: pauci tamen in ea sunt ruminatores: gustatores: et se ea spiritualiter palcentes: et aliquorum hic metes impie scientie que inflat contente: eam que edificat nescierunt. vnde Chrys. Sicut qui non masticat cibum non sentit eius saporem: ita nisi masticauerimus verbum dei quod audiuerimus retractantes intra nos, non intelligemus virtutem verbi. vnde Pascasius. Verbum dei sensibus quasi detibus molere et ruminare sanitas et virtus est. vnde in preconium dicitur Moysi Deuter. vlti. qd dentes Moysi non fuerint communiti: qd verbum dei semper corde et ore ruminauit: et panem angelorum. ps. lxxvij. Panem angelorum. s. gustum dei indesinenter comedit. Cuius autem dentes franguntur: recte cinere cibatur, in quo cordis mestitia et penitentia designat. Job. xlj. Ago penitentiam in fauilla et cinere. Dicit ergo ecclesia: quia verbum dei ruminare distulit: ingemisco cibata cinere mortalitatis insipido. Uau. Et repulsa est anima mea: vox christi. i. repulsa a deo credebar a crucifigentibus. Oblitus sum, credebar oblitus. Bonorum, credo videre bona domini. ps. xxvj. Et repulsa et. dolet ecclesia in membris se a deo repulsam et temptationibus expositam: ne ad bona que sentit redire possit que oppressa bonorum acredit doloris: non potest bonorum spiritualium que habuit in primitivo tempore recordari nec futuro. de quibus. ps. xxvij. Anima mea in bonis demorabitur. de istis bonis. Mat. xvij. Marc. ix. et Luce. ix. Bonum est nos hic esse. Ubi Bern. Quid enim tam bonum est illo: quid aliud bonum quam in bonis animaz demorari: quandoquidem corpus non potest. Quis ex nobis cogitans futuram illam vitam sed letitiam: sed iocunditatem, sed beatitudinem, sed gloriam filiorum dei: non continuo de plenitudine suavitatis intime eructat: domine bonum est nos hic esse. Non sane in hac eruna peregrinatione: ubi corpus detinetur: sed in sua salubri cogitatione: in qua corde versatur beatus qui in istis moratur bonis. Uau. vox christi. Et dixi Peri finis meus: perisse videbar. Et spes mea a domino. Principes sacerdotum dicebant Mat. xxvj. Alios saluos fecit seipsum. sal. fa. non potest Ecclesia dicit et luget pro membris. Peri finis meus. s. spes finis. vii. et sequitur. Et spes mea a domino: quia ad deum se erigere non valet et operata doloribus ps. lxxij. Mei autem pene. mo. sunt pedes: Decata grauia frequentata spem minuant: et quum in profundum malorum quis veniret: contemnit. Prover. xvij. xvij. dist. nec licuit: et facto desperat non verbo. extra de iudi. cujus non ab homine. s. fi. Zay. Recordare paupertatis: vox christi: pro nobis pauper factus est et transgressio et maledictum et peccatum. i. pena peccati. de eius paupertate. supra in isto. c. dixi in prima litera. Transgressionis. i. exinanitionis. i. modi excellui quez tenuit in passione quem Lucas vocat excessum. Luce. ix. ibi. Et dicebant excessum eius quem completerus erat in Hierusalem. vbi. Cyril. i. mysteriuz dispensationis

spensionis in carne: necnon salutiferam passionem completam in venerabili cruce. Non enim christus transgressus est: sed transgressio legis pro nobis factus est, sicut maledictum, ut nostram transgressionem deleret, sicut factus pauper, ut nos daret. Absinthij erumne. Fells amaritudinaria. Recordare: uox ecclie que in paupertate bonitatis et uirtutis in mebris suis viuit: pro quibus orat, sed etiam transgressionibus legis dei plena est: unde et multis erumnis repletur: et amaritudine absinthij et fellis: dum laboribus et doloribus fatigatur: ut decocta passionibus: sponsor suo fiat aptior. August. in homil. ego sum vitus, ut quanto fuerint multiores, tanto amplius pulchriores. Zar. Memoriam minor ero: recordans ecclie que per transgressionem patitur. i. absinthij et fellis tribulacionem: ait. Memoriam memor ero, eterne. s. uite: et ideo mox. Tabescet anima mea: ad eam suspirans. s. illud ps. cxvii. Defecit in salutari tuo anima mea. unde et hec. s. uitam eternam recolens in corde meo: in deo sperabo. Num enim ecclie ad eius contemplationem se dirigit quasi deficiens gemit: et quod expressissime potest dicit. Ad me. ero. s. memoria eterne uite, que interius aspirata uiuificat, ut discat christi membra nihil aliud memorari et cogitare. ps. xxvi. quia una petis a domino hanc re. ut in ha. in do. domini o. diebus uite mee. Nec recolens in corde meo in deo sperabo. Beth. Adie domini, multe mie dñi est: non nostri meriti, uox ecclie. Quia non sumus consumpti, tot peccatis et tribulationibus. Quia non defecerunt miserationes. ps. l. Misere re mei deus sim magnam mihi tuam. Hiero. Ad agnum peccatum, magna uult ditori misa. de pe. dist. iij. si enim. ultra. iiiij. colu. v. si. dauid. item. ps. cxliij. Miserationes eius super omnia opera eius. et iterum ibidem. et c. Misericordia et misericors dñs. de pen. dist. i. multiplex. Johel. ii. Conuertimini ad dominum deum vestrum: quod benignus et misericors est: et prestabilis super malitia: patiens: et multe misericordie. Bern. Si supra modum peccauis: non despero: quod supra modum doluit in quo respire: si exasperatur in immanitate sceleris mei: mitigabitur in dolore filii sui. Augu. Multe et magne sunt domine lagnores mei, multi et magni, sed amplior est medicina tua. vnde nulli diffidendum. de pen. di. i. quod diuinitatis. i. q. vii. c. i. Fons misericordie non sic catitur nisi prius fuerit exiccatus. Aug. Nullus desperet de dei misericordia: maior est enim incomparabiliter sua misericordia: quam nostra miseria. Est ergo iniuriam nostre conversionis timor ne columbamur. ps. cxvii. Confuge timore tuo car. me. a iudicis enim tuis timui. Iste timor charitatem introducit. de pe. dis. ii. sicut. Beth. Noui diluculo. ps. cxvii. exurgam diluculo: exurgit diluculo qui querit bona. Prover. xi. quando sol iustitiae surrexit. Mar. vlti. Magna (alias multa) est fides tua, sic dixit dominus Chanaanee. Mat. xv. O mulier: magna est fides tua: ac si dicat, approbant que humiliter gemens enumerasti, et noscere te feci quia multa est fides tua. Diluculo, radio exorto, quando, scilicet christus resurrexit. Mar. vlti. Hic ergo sponse angustias suas plangenter continue adebat sponsus: et consolatur dices. No. di. mag. est fides tua: fidem tuam laudo et presentem exhibeo: quem absentem lugebas. vnde ecclie respondet. Mars mea dominus: dixit aia mea: felix qui hoc dicere potest: alienus a vitijs: segregata

tus ab omni labe peccati. vnde et ps. cxvii. portio mea domine. Iterum Beth. portio mea (alias pars mea) que modo dicebas in litera Thau. supra perij finis meus. Dixit anima mea ps. xv. Dominus pars hereditatis mee: et iterum ps. cxvii. Portio mea domine dixi custodire le. tuam. xxij. dist. cler. xij. q. i. cui portio. Sed contra illud quod fit hodie communiter in ecclie intonat Hiero, dicens. Propterea clerici dicuntur quod de sorte domini sunt. Uel quod ipse dominus sors pars clericorum est. Et quod vel ipse pars domini est: vel partem domini habet talis se exhibere det: ut ipse possideat dominum, et ipse possideatur a domino: qui dominum possidet, et cum propheta dicat: pars mea dominus: nihil extra dominum habere potest. Quia si ipsam alium habuerit preter dominum: pari eius non erit dominus verbi gratia, si aurum, si argentum, si possessiones, si variam suppellecilez et c. hucusque Hiero, qui tamen sibi glossatores loquitur de clericis abutentibus his rebus, hec leguntur. xij. q. i. clericus qui. Propterea expectabo euze. ps. xxix. expectans ex pectani dominum, et iterum ps. cxvii. et non confundar ab expectatione mea. Beth. Bonus est dominus: quod bonus israel deus. ps. lxvij. et iterum. Bonitate fecisti eum seruo tuo domine. ps. cxvii. Sperantibus in eum: optando diligendo non est oculosa spes. Aug. Quantum quis sperat, tantum diligit. Anima querenti, desideranti illum. Lant. iiij. In lectulo in nocte quesui quem diligit anima mea. Ubi quatuor omnes querentur notantur, vt. s. deliberet quid erat, et ubi, et quod, et quod dominum donec s. inueniat. Qui enim in lecto querit. Proverb. viij. Intextu funibus lectulu meum carnalis. Et in nocte per totam noctem laborantes nihil cepimus. Luc. v. cecitatis, dominum querit: nulli dubium est quod inuenire non possit: sed lectum exeat: et porem abiiciat. ad Ro. xij. ad diez veniat gratie. Ro. xij. Dies autem appropinquauit: querat donec inueniat. Requiritur autem inquirendo deum tempus quo inueniri possit. s. in hac vita. Esa. lv. Querite dominum dum inueniri potest. Et quomodo sit querendus adiungit. Berelinquat impensis viam suam. Et ubi sit querendus Hiero. xxix. Queritis me, et inuenietis quoniam quiesceritis me in toto corde vestro. Sed prius oportet purgari cor virtus et cogitationibus malis, quod de corde exirent cogitationes male. Adat. xv. xv. q. vi. c. i. Ne inter parentes inuenitur. Luc. iiij. vnde Bern. Quo te o bone Jesu inter cognatos meos inueniam: qui inter tuos minime es inuentus: quo te inuenias in gaudio: quem mater dolens vir inuenit. Quo etiam queritur dicit David. ps. xxij. quis ascendet et c. Et sequitur. Hec est generatio querentium dominum. Bern. Non curant carnales querere quem tamen desiderant inuenire cupientes consequi sed non sequi. Et qui eum querit inuenit. iij. Paralip. xv. Hunc vobiscum quod fuistis eum, si quasi eritis eum inuenientis, si derelinquistis eum: derelinquet vos, qui eum querit: vinit. Amos. v. Querite deum et uiuite. Hemo queramus panem uiuum. Joan. vi. de consec. dist. iij. omnia. supra Thre. i. in litera Caph. Omnis populus gemens et querens panem. Augu. Famelici dei esse debemus, ante ianuam conspectus ilius in orationibus mendicemus, queramus uultum eius videre. ps. quesui uultum tuum. itez ps. ciij. querite faciem eius semper. Bern. Occultat se dominus ut ardenter queratur: quesitus cum gaudio inueniatur: inuentus cum sollicitudine teneat:

Querendé  
non nihil  
modus.

modus  
nihil  
modus

tentus non dimittatur: donec in amoris cubiculis mansurus introducatur. *Leth.* Bonum est pre stolari cum silentio, cordis absq; murmuratione cum patientia. *Salutare dei: christum Iesum. Luc.* v. qz vi. oc. mei: salutare tuum. *vbi Grego. nissenus.* Salutare nanq; quod tuis oculis percepisti, ipse ie sus est quo nomine salus declaratur. Cum silentio, venit dominus. *Sapientie. xviii.* Num medium silentium tenerent omnia et c. *Esa. xxx.* Erit fortitudo vestra in spe et silentio. *Luc. v. i.* sabbato siluerunt propter mandatum. *Job. iii.* Num dormiens s. in quiete conscientie silerem, scz a mundi strepitu. *iiij.* *Reg. ii. silete.* In virtutis patrum legitur q; abbas Agathon per tres annos portauit lapidem in ore affectans silentium Alter pater dixit serua silentium usquequo interrogeris. Qui silete requiem habet intrus dicebat Arienus. Sepe fuisse me locutus penitus, at vero tacuisse nunq;. Dicebat Sylonyus. Qua ratione animas nostras possumus salvare: quum lingua nostra aperto ore sepe profiliat. Iterum cuicdam seni dixit Antonius. Bonos socios inuenisti: cui senex. Boni quidem sunt: sed atrium eorum non habet ostium, sed qui vult ingreditur in stabulum et soluit asimum: et quo vult proficietur: hoc tamen dicebat: q; quiequid illis evenerisset in ore loquebantur. Dixit abbas patrem. Si cor alicuius multos contemnat: iste talis multum loquitur: qui autem cum iuuamine loquitur semper silete. Item senex qui non silete peregrinus no est: monachus sileat. *xvi. q. j. placuit. j. in oratorio. refectorio: dormitorio: et claustro silentium obseruetur extra de sta. mo. cum ad monasteriu. s. in oratorio Clerici in choro ex de cele. mil. doletes. Si etiunz verum est cum clausura labiorum contra malas cogitationes pugnare et ad deum cor leuare.* *Leth.* Bonum est viro quam portauerit iugum: grane originaliter. *Eccl. xl.* Iugum grane super filios Ade. et. ab adolescentia sua. ps. cxvii. In quo corrigit adolescentior viam suam. *xvi. q. j. si clericatus. ibi.* In adolescentia sua iugum christi collo suo imposuit. Et talibus bonis adolescentibus. *lxxviii. di. s.* hoc regulariter. Est iugum proprie voluntatis: quod non est simplex, sed multiplex: q; singuli sensus iugum suum impouunt. *Luce. xiiij.* Juga boum emi quinq;. i. curiositatem sensuum non sine magno labore acquisiri: vana inuestigando, et delectando in eis. Hoc iugum q; grane sit ostenditur *Job. vii.* Posuisti me contrariu; tibi: et factus sum mihi metuisti gratius. *ybi Bern.* Nullum mihi onus importabilius meipso: nulla sarcina grauior est: factus suz mihi talentuz plumbei: et resedit iniquitas super illud. *Osee. x.* Confundetur israel in voluntate sua. *Itez Bern.* Qui inga iumentorum emit: iumentis stolidior, et bestialior: bestius reputatur, si optas iugum: tolle super te iugum christi suave. *Matth. xi.* quod non infligit labore: sed tribuit requiem, dimitte cupiditatem: et elige charitatem. Est aliud iugum diabolice dominationis. *Esa. x.* Auseretur onus de humero tuo: et iugum eius de collo tuo: et compunctione iugum a facie olei. i. a gratia spiritus sancti. *Hiere. xxx.* conteram iugum eius de collo tuo. Tertium est iugum diuine iussionis. *Matth. xi.* Tollite iugum meum et hic. *vbi Rabanus.* Jugum christi est euangelium christi quod Judeos et gentes in unitate coniungit, hoc autem iubemur sumere. i. in honore habere: ne forte subtils ponentes. i.

prae illud contennentes: luculentis pedibus virorum concilceramus, et in eodem. c. *Mat. ibi.* Jugum enim meum suave est: et onus meum leue. *Hilarius:* Jugum autem suave et leuis oneris blandimenta proponit: ut credentibus eius boni scientiam presbet quod ipse solus nouit in patre, *Grego.* iij. mora. Quid graue ceruicibus nostris imponebit: qui vitare omne desiderium quod perturbat precipit? qui declinare laboriosa huius mundi itineraria monet? Item ibi *Hilarius.* Et quid ipso iungo suavis: quid onere lenius? probatum fieri: scele re abstinere: bonum velle: malum nolle: amare omnes: odire nullum: eterna consequi: presentibus non capi, nolle inferre alteri quod sibi perpeti sit molestum: *dist. j. humanum.* Item *Rabanus.* Sed quomodo iugum christi suave quum. supra *Mat.* vii. ca. dicatur et *Luce. xiiij.* q; arcta est via que ducit ad vitam. Sed quod angusto initio incipit, processu temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur. Item *Aug. de verbis domini.* Jugum domini qui intrepida cervice subeunt taz difficilia pericula patiuntur: ut non a laboribus ad quietem: sed a quiete ad laborem vocari videant: sed profecto adest spiritus sanctus: qui in exterioris hominis corruptione, interiori renouat. *Ephe. iij.* die in diem: et gustata requie spirituali, in affluencia deliciarum dei in spe future beatitudinis omnia presentia delinit: et omnia aspera releuat. Omnia enim seu et immunita prospicacilis, et propria nulla efficit amor. Item hoc iugum domini leue est propter dominationem. *vnde Augu.* qui huic iugo subditur: cuncta sunt ei subiecta. Quare autem hoc iugum leue, grane nobis videtur declarat discretissime et pulcherrime Abraham in li. collatione. *Jo. cas.* in collatione ultima de mortificatione dicens. Ut autem vobis econtra iugum christi non leue nec suave videatur, contumacie nostre est iniustus adscribendum. Ex nobis enim. i. ex virtutibus nostris: diabolus telum quo dilaceremur excupit: funiculis nanq; peccatorum suorum vniuersisq; costringitur. *Proverb. v.* et *Esa. dicente. Esa. l.* Ecce vos accidentes igne accincti flammis quas succenditis ambulate in lumine ignis vestri: et in flammis quas succenditis. Per hoc enim, ut sapiens ait Sapientie. xi. vniuersisq; per quod peccauerit punietur. Ipse enim nobis tormenta sunt quibus vtimur voluptates, et oblectamenta huius carnis atq; delicie carnificum vice in suum retrahentur authorem. Unde et alibi. Nam si ambularent semitas rectas inuenissent utq; vias iustitie leues. Prostra ergo culpa est: qui semitas domini rectas ac leues prauis desideriorum cantibus aspernamur: q; viam regias apostolicis et propheticis silicibus comunitam sanctorumq; omnium ac precipue ipsius domini vestigijs complanatam attentissime deserentes, deuia queq; ac dumosa sectamur: et presentium oblationum illecebris occedati, per obscuros impeditosq; sentibus calles laterib; crucibus, et disrupta illa nuptiali veste. *Mat. xxij.* reptamus, non modo acutissimis veprium aculeis configendi: sed etiam virulentorum serpentium vel scorpcionum illic latitantium ictibus vulnerandi. Tribuli enim et laquei in vijs prauis. Qui autem timet deum fugiet ab eis. Et ita ab itinere regio deviantes: ad illum metropolim ciuitatem: ybi noster cursus indeclinabiliter semper debet esse directus, non potuerunt

runt peruenire, qz Labor inquit Eccl. y. stultorum affliget eos qui nesciunt in urbem pergere. i. qui no cognoverunt ire in civitatem illam. s. Hieros celestem: que est mater nostra. Galat. iiiij. Quisquis au tez in veritate huic mundo renuncians super se tul erit ingum christi: abrenuncians delectationibus carnis, diutius mudi et proprie voluntati: et didice rit ab eo quotidianis iniuriarum exercitiis eruditus qz misericordia est et humilis corde. Mat. xiij. in cunctis testationibus semper manebit immobilis: omniaqz illi cooperabuntur in bonis. Ro. viij. qz sim Osea. Osee. t. vlt. Recte vie domini, et iusti incident in eis: p unatores vero coiuent in eis: nihil dulcissim qz respicere in mandatis dei. Eccl. xxij. in f. lucusqz Abraham. Item Pascasius. Hoc ingum propter austeritatem correctionis et crucis grane est: sed spe remunerationis suave, magnum autem est iumentibus se a vita abstinerere: et lubrice et pplexo vie errorem fugere. Unde David. ps. xxij. delicta iumentis mee ec. Decem enim etas fragilis est. xij. q. i. c. j. et labilis, iustitia temeraria hoc graue iungum super se leuat, qui autem a iumentute seculo in veritate renuntiat: suavitatem iuenerit primitus in expertem. De isto iugo plenius no. j. in c. lxvij. q. et vni eorum virtutum. ver. secundo. obedientia cum se, et supra in ista secunda parte in princ. q. qui incipit, iā nunc, in expositione. iij. c. Thre. super textum interierunt in vijs primo c. Ioth. Sedebit solitarius: a strepitu mundi. Sollicitudo inforuz est, vt si corpore sint in mundo: animo sunt in celo. Job. iij. Edificant sibi solitudines. Bern. Anima sancta sola esto, ut soli omnium serues teipsum quaez tibi ex omnibus elegisti, adde quod dixi supra in Thre. c. j. in prima litera. Dixit senex. Si non dixerit homo in corde suo: quia deus et ego solus in isto mundo sumus: non habet requiem. Item senex. Imminuens humanam noctitiam et ventrem habet requiez. Dixit dominus Arsenio magno Romano: Arseni fuge homines: tace: quiesce: et saluus eris. Dixit magnus Antonius. Qui sedet in solitudine et quiescit a tribus periculis eripitur, auditus, locutionis, et visus. Est autem bona sessio per humilitatem et penitentiam, de qua Ione. iij. Sedit in cinere. Esa. xlviij. Se scende sede in pulvere virgo filia Babylonis. xxxij. q. v. si paulus. j. in illo. c. prima litera, et supra in primo. c. et prima litera in Thre. dixi. Est et sessio contemplacionis de qua hic et Lanti. ij. sub umbra illius quem desideravi sedi. Luc. xxij. Sedete in civitate. Est et sessio authoritatis. Matth. xij. Vos q seuti estis mei rege. cum se. si. hominis sedebitis et vos super sedes duodecim ec. Est et sessio tranquillitatis. Esa. xxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Apoc. ij. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo. Et tacebit, qz non erit opus exclamatione. Solitudo preparat silentium corporale: corporale mentale: mentale ascensus patrat ad contemplationem et ectasim, unde sequitur. Leuant se super se videlicet ecstaticus, qz no sentit servide Antonius. Non est perfecta oratio: in qua se monachus vel hoc ipsum quod orat intelligit, et ponitur hoc in li. collationum Jo. cassi. in collatione Isaac prima de oratione. Istum raptum et ectasim habuit Paulus. ij. Corin. xij. c. Ad se reuersus est Petrus. i. ad fruendum visibilibus: et ratione humana de ectasi rediens. Act. xij. In se reuersus est filius prodigus. i. ad viuenduz rationabiliter: et ad cognoscendum vitaz bestiale in qua vixerat. Luc. xv. ultra. vires corrupte nature. Supra se: sensum carnis: et sepe supra intellectum et rationem, vt non sentiat se in deum transformatus. Aug. Mat' est homo ab exterioribus ad interiora redire: ab interioribus ad superiora ascendere. Tante enī dignitatis est humana conditio: vt nullum bonum preter summum bonum ei sufficere possit. Item August. Ubi te inueni veritas deus meus: nisi in te? Supra me. Unde Daphnuntius de tribus renunciationibus in li. collationum Jo. cassi. dicit. Uera perfectionem tertie renunciationis de visibilibus huius mundi tunc merebimur obtainere: quando mens nostra nullo pinguedinis hebetata cotagio: sed impuris eliminatis omnibus, et polita ab omni affectu et qualitate terrena: per indesinentem diuinorum rerum meditationem spirituale et theorias ad illa que inuisibilia sunt eousqz transferit: vt circundatam se fragilitate carnis ac situ corporis supernis et incorporeis intenta non sentiat: atqz in huiusmodi rapiatur excessus vt non solum nullas voces auditu recipiat corporali: nec intuendis ptereuntium imaginibus occupetur: sed ne adiacentes quidem moles et ingentes macerias obiectas oculis carnis aspiciat. Quis rei fidem atqz virtutem nemo nisi is capiet qui hec que dicuntur experientia magistra perceperit, cuius videlicet ita dominus cordis oculos de vniuersis presentibus ad uocauerit. Adde quod dixi supra in Thre. j. c. in prima litera: vt ea no tamqz transfigura: sed quasi trasceta iam reputet: et velut inanem fumum in nihiluz resoluta conspiciat, ambulansqz cuz deo vt Enoch Gene. v. ac de humana conuersatione moxibusque translatus: non inueniatur in presentis seculi vanitate. Ioth. Monet in puluere os suum: caput se humiliavit pro corpore: christus pro ecclesia: postulat etiam in sepultura os suum christus. Si forte sit spes: si pro quia forte dicit, quia non pro omnibus spes: qui desperant per malam vitam et humilitatem christi no participant. Ecclesia enim quod sit puluis: momentis singulis cogitabit. Ben. iij. Quia puluis es et i puluerem reuerteris. Et Mich. j. In domo pulueris puluere vos cospergite. Gen. xvij. Loquar ad dominum meum quum sit puluis ec. Factus est autem homo de puluere et de limo terre: vt humilietur ex consideratione sue originis: vt in tam vili materia appareat sapientia artificis. Mirabilis artifex dominus: qui de tam vili materia fabricam corporis sic compegit, vt anima tam glorioса habitaret in eo. Si forte sit spes, quia erit pro humiliibus, qui se cognoscentes et humiliatatem christi sectantes: in eum sperabunt: quia sine humilitate no habetur spes. ps. cxlv. quia in humilitate nostra memor fuit nostri. Ioth. Babbit percutienti se maxillam. Joan. xvij. Unus adfistens ministrorum dedit alapam iefu: vbi Alchimus. Hic impletur propheta. Bedi maxillam meā percutientibus. Esa. l. Joā. xip. Babant ei alapas: propterea mandauit: et qui percutit te in maxilla prebe ei et alteram. Matth. v. et Luc. v. xij. q. iij. q. j. vbi Chrys. Nam et medici quum calce feriunt ab insaniis: tunc maxime miserent eis: et accingunt se ad eoz remedias. Tu quoqz similem habeas conjecturā erga persequentes. Ipsi namqz sunt qui peci pue infirmant: nec prius desistamus: qz tota amaritudine euomuerint: tunc vberes gratias agent ti-

bi: et ipse deus te coronabit: qd fratrem tuum a pes-  
 sima egritudine liberasti. Itē ibi Basilius. Fere at  
 cuncti contra hoc mandatū procedimus: et preci-  
 pue potentes seu principes: non solum si passi fue-  
 rint contumelias: sed et si prestita eis non sit rene-  
 rentia, aduersarios reputantes quicunqz eos min-  
 reuerit fuerint qz se reputauerint dignos. Est autē  
 magna infamia principis esse promptum ad vindi-  
 etam. Nam qualiter alios docebit nō mali p malo  
 rependere: qui nocenti retribuere satagit? Item su-  
 per vbo pre. Jo. xviii. dedit alapā iesu Aug. Quid  
 ista responsione verius: mansuetius: iustus qui  
 enim accepit alapā nō vellē eū qui percussit aut  
 celesti igne consumi: aut terra dehincēte sorberi: aut  
 corrupti demonio voluntari: aut etiā alia huiusmo-  
 di qualibet pena vel etiam graviorē puniri. Quid  
 hoz per potentiam iubere non potuisse per quem  
 factus est mundus. Jo. i. nisi nos patientiam doce-  
 re maluisse qua vincitur mundus? Hic dicet ali-  
 quis. Cur non fecit quod ipse precepit, percutienti  
 enim non sic respondere, sed maxillam alia debuit  
 preparare, sed non solū alterā maxillā: sed totū cor-  
 pus sigendū preparauit in ligno. Hic portius demo-  
 strauit illa precepto patientie non ostentatione cor-  
 poris sed cordis preparatione facienda. Fieri enī  
 potest ut alteram maxillaz homo visibiliter pheat  
 iratus, quanto ergo melius respondet vera placat?  
 tanto ad perferenda graviora tranquillo aio sitma-  
 gis paratus, ad hoc. tri. q. i. S. his ita: et c. paratus.  
 vnde et in li. collationum. Jo. casii. in collatione de  
 amicitia Joseph sic ait et exponit hoc verbum. Si-  
 quis te percusserit in dextra maxilla tua, prebe illi  
 alteram, subauditur sine dubio dexterā. s. interioris  
 hominis. i. si exterior duxera tua impetu ferientis  
 exceperit: interior quoqz homo per humilitatis as-  
 sensum dexteram suam prebeat ad verberandum:  
 ut sic non solum nosmetiplos alienos ab iracundie  
 perturbatione seruemus sed illos qui suo commo-  
 ti sunt virtio succumbentes eoz iniurijs ad placidi-  
 tatem expleta cedis satietate cogamus. Itē super  
 pre. verbo Joā. xix. Dabant ei alapas. Chrys. Tot  
 autem et talibus factis ipse stabant similes: tu ve-  
 ro audiens hec in mente habe continue, et regez or-  
 bis terrarum et angelorum dominum videns con-  
 tumeliam patientem et omnia ferent silentio ini-  
 tare. Itē ibi Aug. Sic enim implebantur que de se  
 dixerat christuss sic martyres informabant ad oia  
 que persecutoribus libuisset facere perferēda, sic re-  
 gnum quod de hoc mundo erat. Jo. xviii. superbū  
 mundum non atrocitate pugnandi, sed patiēdi hu-  
 militate vincebat. Detentibus sermonē fratri-  
 bus ait Antonius. si te percusserit aliquis in maxil-  
 la te. At illi hoc se non posse facere dixerunt, quibz  
 ipse si prebere alterā non potestis: vel in illa vna: vt  
 iterū si voluerit feriat: sustinet. Sed quū hoc se nō  
 posse facere testarentur, dicit eis, si ergo nec hoc po-  
 testis: ne reddatis quod accipitis: qui et dixerunt  
 nec hoc possimus. Tunc Antonius ait discipulo.  
 Fac eis escas: qz nimis infirmi sunt, si enim nō po-  
 testis portare: quid a me requiritis: necessaria ē vo-  
 bis oratio per quā infirmitas vestra sanetur. Seq-  
 tur. Saturabit opprobriū aude suscipiet vscqz qd ē  
 ad cōpletionē opprobriū. ps. cxv. Calicem salu. ac. et  
 iterū: Opprobria exprobriantū tibi ceciderunt su-  
 per me, et iterū. Opprobriū factus sum multis et.  
 Saturabitur, non dicit sustinebit opprobria, sed

saturabitur. Facile est vnum et alterum sustinere: sū  
 vt facilius miām iudicis moueat multitudinē op-  
 probrioz aude suscepisse declarat, qz ab auditate  
 surgit satietas. vnde et David semel opprobria et  
 cōuria patienter tolerat dicens: qz dñs iussit illi vt  
 maledicat mihi si quomodo videat humilitatem  
 meam et retribuit mihi bona pro maledicto. h. Re-  
 gū. xv. Laph. Quia non repellit in semper tenuit  
 dominus: etiā ad horam non repellit si reuertatur:  
 sic ecclesia nulli claudit gremium redeunti. xxij. q.  
 iii. duo ista. C. de sum. trini. inter claras: quod quali-  
 ter intelligatur declaratur extra de here. super cod.  
 lib. vij. Quia si abiecit a facie peccatoris. Et mis-  
 cerebitur. ps. ci. Non in perpetuū irasceret et. Et  
 iterum. Non obliuiscetur misereri dñs. sū multi-  
 tudinem misericordiarum suarum. ps. l. que a seculo  
 lo sunt. Et iterum. sū multitudinem miserationū  
 tuarum et. de hoc supra in isto. c. super litera deth.  
 dixi. Non enim humiliavit ex corde suo nō vult  
 saturari penis nostris. vnde Aug. Nō concupiscit  
 deus penam reorum tanqz saturari desiderans vi-  
 tione: sed quod iustus est cum tranquillitate disser-  
 nit et recta voluntate disponit. Ut etiam mali sint  
 inordinati: et abiecit penitus filios hominū: quia  
 non vult mortem peccatoris. Ezech. xxviii. xxij. q.  
 ii. admonere. iii. q. i. admonere. iij. q. viij. hi qui.  
 Lamech. Ut contereret: crudeliter: sub pedibus  
 suis ipsal's. viij. Omnia subiecisti sub pedibus eius.  
 Omnes vincitos terre: terrenis compedibus. Uer-  
 ba stulti sunt: que propizeta accipit: quasi diceret.  
 Non conteret reuertentes: quia magis vult salua-  
 re qz dāmmare. Ut declinaret iudicium viri, qui est  
 iudex viuorum et mortuorum. Act. x. extra de sum.  
 tri. c. j. S. hec sancta, qui reddet vnicuiqz iuxta ope-  
 ra sua. Mat. xvi. ps. lxij. Ro. ii. Apoc. xix. et. xxij. ex-  
 tra de sum. tri. c. j. S. hec sancta. In conspectu vultus  
 altissimi: et si non in conspectu hominum: irrisorie:  
 qz dicit dñvid. ps. cxlii. Non intres in iudicium cu-  
 nis viuens. Ut peruerteret hominē in iudicio suo:  
 presenti vel futuro: dominus qui omnia iuste agit.  
 Dominus ignorauit. q. d. qz stultus qz audax est  
 hoc dicens: qz oculus eius omnia conspicit. Eccles.  
 xxij. xvij. q. ii. perniciosa. Hiere. xxij. Si occulta-  
 bitur vir in absconditis: et ego non videbo eum.  
 ps. xcij. Qui finxit oculum non considerat.  
 Abem. Quis est iste: tam amens: quū sit puluis  
 et cinis. Qui dixit vt fieret aliquid domino non in-  
 bente: quo iuste disponente omnia sunt volunta-  
 te vel permissione. xxvj. q. v. nec mirum. xxij. q. j.  
 quid culpatur. Ex domini misericordia patravit  
 bona: et ex dei iusto iudicio sunt mala. xxij. q. v. S.  
 hinc etiam. Ex ore altissimi. q. d. stultus. Uel pec-  
 cator: sine dispositione dei fluctuant omnia morta-  
 lia. Non egreditur bona vel mala. q. d. infidelis.  
 Omnia a casu vel a fortuna absqz dei dispensatio-  
 ne veniunt. Apud veros christicos nec est gene-  
 sis, nec casus, nec fortuna, nec necessitas, nec fatu-  
 xxvj. q. vij. non obseruetis. de peni. distincā. si enim  
 versi. et paulo post sed dei prouidentia et iusta per-  
 missio. vt in glos. proxime posita sicut dicebat pater  
 sancti Clementis omnia fieri a geneti: id est a nativ-  
 itate. Unde et genethliaci dicuntur: propter natu-  
 litiorum considerationes dierum. Geneses enim  
 hominum per. xij. signa describunt. xxvj. q. iii. igi-  
 tur. vers. genethliaci. Quid murmurauit homo?

contra

contra deum? Gen. xvij. Nec contra nos est murmur vestrus: sed contra dominum. Et Numeri. xiiiij. ibi: Usquequo multitudo hec pessima murmurat contra me? xc. dist. alienus. j. ad Corin. x. ibi. Neq; murmuraueritis. Sapientie. j. Tumultus murmurantibus non abscondetur, custodite ergo vos a murmuratione que nihil prodest. Ex octava synodo. Alienus sit a fratribus unitate: qui murmurat et opus eius. i. oratio vel oblatio secundum glos. abiiciatur qui murmurans extiterit. xc. dist. alienus. de hoc etiam. vii. q. viij. s. itez obijicitur. Aliens vir pro peccatis defendendis: vel deo imputandis, sic ut dixit Adam Gen. iiiij. Abulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno: et comedisti: suis: ex se, ex libero arbitrio. xxij. q. viij. vasis ire. de penit. dist. ij. si enim. ultra quatuor colum. ver. et paulopost. Hinc Paulus ait ad Rom. ix. O homo: tu quis es qui respodes deo? et c. q. d. Quid dicturus es homo pro peccatis tuis quoniam omne os obturatur. ps. cvj. g. Omnis iniurias oppilabit os suum. Unde vigilanter vir ait pro peccatis suis. Vir sexus indicat. xxij. q. viij. s. sed illud. homo communem naturam. xxij. q. viij. duo. Aliud est ex natura: aliud ex gratia: ut neque homo, qui ex propagine prime nature corrupte. de conse. dist. iiiij. non ex quo: quam nutrit: flagellatur: neque vir, qui gratia discernitur. i. qui a virtute nominatur. ut pre. s. sed illud: habeat contra figulum quid queratur. Unde Job ait. j. c. tribulationibus pressis: sit nomen domini benedictum. Nun. Scrutemur: diligenter a propria persona vias actiones, scito te ipsum et queramus diligenter. Et reuer tamur penitendo. Ad dominum: a quo recesseramus per peccatum. Hier. xx. Reuertere sunamit. Tria facere debemus. Scrutari opera nostra. Querere quid facti sumus: quid fuimus: quid esse debemus. Et reuerti ad dominum patrem: a quo discelimus peccantes. Magnum est vincitur: seipsum cognoscere. Unde Moyses. Attende tibi ne fiat verbum absconditum in corde. Attende tibi, non diuitiis, non possessionibus: non viribus sed animo et menti: unde facta et consilia et cogitationes veniunt. Lanti. j. Si ignoras te inquit o pulchra. et c. ij. ad Cor. xiiiij. Vosmetipos tentate si estis in fide, ipsi vos probate. Item. j. Jo. canonica. c. vniuersal. Vide te vosmetipos ne perdatis que operati estis: sed ut mercedem plenam accipiatis. In vitiis patrum legitur quod quidam frater dixit cuidam seni: Quemadmodum dicunt quidam, quod visiones videmus angelorum respondet. Beatus est qui peccatum suum semper attendit, et videt, cognitio sui precedit dei cognitionem, quia qui se non cognoscit: nec deum. Leuenus: a limo terre. Corda nostra: integratem fidei. Luz manibus, operibus. Ad dominum in celos. ps. xxij. Ad te domine leuauim animam meam et c. Et iterum. ps. exij. Ad te leuauim oculos meos et c. Hierem. iiiij. Leua oculos tuos in directu: et vide ubi nunc prostrata sis. Leuauerunt vocem leprosi. Luc. xvij. Leuandum caput. Luce. xxi. Nos inique egimus: quasi culpa nostra est: non tua: egimus contra proximum. Et ad iracundiam pronocauimus deum quod peius est. Idcirco inexortabilis es pro tantis peccatis. Sed si plura essent et innumerabilia: exortabilis est, ut in Manasse. j. Parali. vli. Vide supra in ista. j. parte. in. iij. c. in h. in. s. hec autem. Sed hoc dicit ut aggraueamus peccata nostra, et quod ma-

gni peccatores non confidunt orare. Nam multiplicatum peccatum fiduciam tollit orandi. Sed quisque se cogat eum gratia orare, quia deus audit orationem humilium et non spreuit precem eorum. ps. cij. Leuenus ergo corda nostra cum operibus ad deum, quia deum ad iracundiam pronocauimus. quia preterea abundant, presentia peccata non cessant. Alter enim inexortabilis est, non quod venie claudatur sanua, nisi nostra claudatur malitia. Sa mech. Opernisti in furore. Percusisti plagam dispersionis. Occidisti, spiritualem intelligentiani abstulisti. Nec pepercisti, omnibus bonis spoliari temporaliter sepe et spiritualiter permisisti. Plangit se ecclesia pro membris, peccatorum caligine operiri, et percussam iudicio dei preante vulnere prauitatis. Nubes delictorum opposita plangitur: que magis contra nos orare quam deum exorare creditur. Unde Gen. iiiij. Vox sanguinis fratris tui et c. et Heb. xij. Abel loquentem quam Abel. Nam cogitatio terrena et delictorum immanitas facit ne oratio nostra possit ad deum transire, nec ipse orantibus parcere: quia clamor terrenus opponitur. Opposuisti nubem peccatorum: que contra nos clamat tibi ne transeat ad te oratio nostra. j. Jo. iiij. Si cor nostrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad deum ut quicquid petierimus accipiemus ab eo. Esa. lxx. Iniquitates nostre diuiserunt inter nos et deum nostrum. Non edificantur bona nisi destruantur mala. Hier. j. Ut euellas et dissipes et c. edificies et plantes et c. et extra de tua. et obe. solite. s. potuisses: non enim edificantur bona nisi destruantur mala ut dictum est. xxij. quest. j. cum renunciatur. Est autem nubes leuis supra quam ascendit dominus, de qua Esa. xix. in princip. Ecce dominus ascendit super nubem leuem. i. assumet carnem a grauedine peccati immunem et ingredietur egyptum: id est hunc mundum: visibiliter apparet. Est nubes lucidae in figura spiritus sancti. Matth. xvij. Est nebula obscura et densa: que densitatem peccatorum significat. de qua hic de oratione super ea. cap. super litera Symel dixi. Samech. Eradicationem: de terra vincentium. Et abiectionem indignationem contra indignos. Posuisti me: christum. In medio populorum: in manifesto: vox christi est Joan. ix. In iudicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident videant: et qui vident cecidi. vbi Augusti. id est qui se non videre conseruentur: et medicum querunt: videant: et qui putant se videre et medicum non querunt: in sua cecitate permaneant: simile quod dicit Symeon. Luc. iiij. Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum et c. vbi Origin. Qui simpliciter potest exponere et dicere in ruinam eum venisse infidelium et in resurrectionem credentium. Ambrosius. Et scilicet instorum iniquorum merita discernat, et pro nostrorum qualitate factorum index verus et iustus aut supplicia decernat aut premia. ad hec distin. iij. omnis antemerit. Ayn. Oculus meus afflictus est. Ideo discitur oculus singulariter: non oculi ut cum deo uniat. Lanti. iiiij. Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Oculus dexter charitas est, oculus sinister cupiditas: Christus in uno oculo uidetur. Alii sunt oculi carnis: qui aperiuntur ad malum: alii mentis: qui transirent in unum, ut sit una mens cum deo. Ecclesia etiam duos habet oculos. Moralism et mysticum: mysticus: acutior. Moralismus oculi ecclie,

dulcior. Habet etiam ecclesia oculos per quos videt: scilicet prelatos, de quibus *Lan.* i. ibi. Oculi tui columbarum. z. v. ibi. Oculi tui sicut columbae: sic intelligit *Bratianus.* xxvij. dist. q. ecce. in si. facit. xcij. distin. diaconi. j. z. ii. z extra de os. arch. ad hec. Sed isti oculi hodie obscurati sunt: z ideo non vident: sicut predixerat ps. lxij. Obscurantur oculi eorum ne videant. xxvij. dist. q. vt itaq. Nec tacuit. Lachryme apud deum pondera vocis habet de quibus *Ecole.* xxv. dicitur. A maxilla vsq; ad celum ascendent. *Esa.* xxvij. Adipe victimaruz tua rum non inebrasti me. de his. s. c. ii. supra literam sade. in thre. late dixi. Ego q. no. i esset requies. scilicet: vera quia deum amisi qui sabbato carnali requietuit. *Hiere.* xlviij. Requietuit moab in secibus suis. *Ayn.* Bonec respiceret. Qui persenerauerit usq; in finem hic saluus erit. *Mat.* x. z. xxiiij. de pe. di. q. euidenter. v. item illud. vbi *Chrys.* Quoniam eniz consueuerunt multi in principijs esse velhemetes: postea vero dissolui: propter hoc ait, quoniam finem requiro. que eniu utilitas est seminum in princio quidem florescentium, postmodum vero tabescientium? Item *Hiero.* Non enim cepisse, sed perfecisse virtutis est. ad hoc de pe. di. ii. non reuerte bantur. z. q. euidenter. v. item illud euangeli. cum. c. se. Et videret dominus oculo misericordie. sic vidit viduam z misericordia motus est. *Luce.* vij. De celis. de altitudine bonitatis sue. *Ayn.* Oculus meus. singulariter. quia ad diuina tendit: depredatus est animam meam. omnia extrahendo in deu. In cunctis filiabus. cogitationibus eterne vite. Urbis mee afflictionis delictorum. Oculus animam depredatur: quando omnis doloris affectus effunditur. Et ardor animi in animas liquatur: quando quicquid est in anima, sicut de fonte riuus fluit vnde ps. cxvij. Beficit anima mea in salu. tu. z deseferunt oculi mei ad te. Anima enim depredationem patitur ab oculo: vt suo creatori hereat: de se diffusa: in illo confusa. Beficit vt in spiritu transeat: z si vni spiritus cum deo. Ideo dicitur singulariter oculus: non oculi. vt cum deo vniatur. Unde oculus chisti amore repletus animam depredatus in cunctis filiabus urbis mee. per singulas delictorum affectiones vel afflictiones z eterne vite cogitationes. Beficit enim quisq; peccator fonte lachrymarum rebaptizari qui nutritur oculo sancte conuersationis vel contemplationis. Isto se fonte spiritualiter baptizabat *Judith* i. valle *Bethulia.* *Judith.* xij. *Greg.* Q. post baptismum inquinauimus vitam: baptizemus lachrymis conscientiam. De isto baptismo lachrymarum de pe. di. iii. baptizantur. z *Eccl.* xxxvij. in si. ibi qui baptizatur a mortuo. Est z intellectus magis adherens litera: q. oculus impudicus animam depredatur in aspectu mulieru. vnde *Mat.* v. Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eaz: iam mechatus est eam in corde suo. xxvij. q. v. qui viderit. vbi *Hiero.* Inter passionem z propassionem hoc inter est: q. passio reputatur pro vito propassio licet viti culpaz habeat: non tamē adhuc crimen. Ergo qui viderit mulierem: z anima eius fuerit tillata: hic propassione percussus est. Si ergo consenserit: de propassione transiuit ad passionem. z huic voluntas peccati non deest: sed occasio. Quicunque igitur viderit ad concupiscendum id est sic asperget: vt concupiscat z facere disponat iste recte mechatur in corde. Item ibi. *Aug.* Tria sunt quibus impletur peccatum. scilicet suggestio que post memoriam fit. sive per corporis sensus. quod si frui deleteratur. delectatio illicita refrenanda est. si autem consensio facta fuerit plenum peccatum erit. Duplex est consensus secundum *Tho.* Unus est circa delectationem. z hoc mortale. Alius est circa actum. z hoc grauius. Unde *Leniti.* xvij. Homo quilibet de domo israel z de aduenis qui peregrinantur inter vos si comedenter sanguinem: obfirmabo faciem meam contra animam illius: z disperdam eam de populo suo: quia anima carnis in sanguine est. Satis surdus est qui ad tonitruum tante communiationis non timet. Sanguis est nostra delectatio. quam sicut canis impudentissimus lambit, qui ad delectandum peccata preterita recolit. de hoc legitur z not. xxvij. q. viij. non solum. in glos. scilicet vt delectetur. Addere hic quod scripsi. j. in ista. ii. parte in ca. liij. q. septim. in priu. z in ca. lxvij. q. Nunc de immunditia. v. super verbo autem. z versiculo se. *Leui.* xvij. prohibetur sanguis comedti. z anima in sanguine est. Nam sicut caro per sanguinem vivit: ita somes prauis operis in delectatione consistit. Funde sanguinem: z caro morietur. Tolle delectationez z non erit qui prava operetur. Unde non vitulum. sed caput vituli. populous dicitur adorasse. z licet hoc non dicatur. *Exodi.* xxxij. hoc tamen dicunt doctores. vnde *Eccl.* xvij. Namis odito execrationem id est peccatum opus execrabilis. ita vt nec videre nec audire nec loqui nec cogitare velis de illo nisi ad detestandum. *Esa.* xxxvij. Recognitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Facit quod legitur. z no. lxxij. dis. valet. in gl. memorie. Ut ruruntamen delectatio ante consuetudinem vel nulla est vel tenuis. cui consentire possit. Si autem z in factum processerit videtur satiari z extingui cupiditas. sed postea quum suggestio reperiatur: maior attendit delectatio: que adhuc minor est q. illa que in consuetudinem vertitur. quam vincere difficile est. *Brego.* xxi. mors. Quisquis vero incaute exterius respicit. in delectationem peccati cadet. atque obligatus desiderijs incipit velle quod noluit. Namq; caro deorum trahit: z semel forme corde per oculos alligata. vix soluitur. Proutidendum ergo nobis est. Ut intueri non debet: quod non licet concupisci. Ut enim munda mens in cogitatione seruetur: a lascivis voluptatis sue deprimenti sunt oculi. quasi qui continet velis oculos pulchris facibus infigurare: z si bis vel ter fortassis possis continere: non tamem semper. non enim es extra humanam naturam. Qui autem flammam semel accendit: etiam visa muliere absente format apud se imagines turpium actionum: a quibus multotiens procedit ad opus. Q. si aliqua se ornando, oculos hominum ad se attraxerit: etiam si nulli plagam intulerit: peccati patietur extremam. Venenum enim fecit z porrexit: et si nullus qui bibat inuentus est. Quod autem viris dicit hoc z ad feminas loquitur. capit. enim loquens z corpori persuadet. Item *Mat.* scissus. Non dixit simpliciter qui viderit. sed addidit: ad concupiscendum eam. Nec dicit mechatus est in oculo: sed in corde. q. d. consensit in delectatione videndi. z ibi est mechata. vt precedens cap. qui viderit. z. capit. nec solo. quia adulterium committitur voluntate cum consensu delectationis

vt pre.

vt pre.c. & c. sicut enim cum cap. se. & xxxij. q.v. non  
mechaberis. & q.vii. non solum. Job. xxri. in prin.  
Pepigi fedus cum oculis meis: vt nec cogitarem  
quidem de virgine. vnde August. in precedē.c. nec  
solo. Oculus impudicus, impudici cordis est num-  
cius. **U**nus narrat in li. de vita contemplativa Isaac.  
q. quidam pater probatissimus noluit videre quē-  
dam alium anachoritam imberbum iuuensem. di-  
cens socio suo qui dixerat ei. **M**unquid tu pater tis-  
mes? Non timeo, sed occasionem timendi nolo  
